RAPHAELIS LANDIVAR

RUSTICATIO MEXICANA

EDITIO ALTERA AUCTIOR, ET EMENDATIOR.

Secreti tacita capior dulcedine ruris:
Quod ſpectare juvat, placuit deducere verſu.

Vaniere. Præd. ruſtici lib. I.

BONONIÆ MDCCLXXXII.

Ex Typographia S. Thomæ Aquinatis
Superiorum permiſſu.

URBI GUATIMALÆ

RAPHAEL LANDIVAR.

SAlve, cara Parens, dulcis Guatimala, ſalve,
Delicium vitæ, fons, & origo meæ:
Quàm juvat, Alma, tuas animo pervolvere dotes,
Temperiem, fontes, compita, templa, lares.
Jam mihi frondoſos videor diſcernere montes,
Ac jugi virides munere veris agros.
Sæpius in mentem ſubeunt labentia circùm
Flumina, & umbroſis littora tecta comis:
Tum vario cultu penetralia compta domorum,
Plurimaque Idaliis picta vireta roſis.

Quid vero, aurato repeto ſi ſplendida luxu
    Serica, vel Tyrio vellera tincta mari?
Hæc mihi ſemper erunt patrii nutrimen amoris,
    Inque arctis rebus dulce levamen erunt.
Sed fallor: placidam, Ah! verſant ludibria mentem,
    Illuduntque animo ſomnia vana meo!
Nam quæ arces, magnique caput ſpectabile regni
    Urbs fuerat nuper, nunc lapidum cumulus.
Non ædes, non templa manent, non compita genti,
    Nec quà tuta petat culmina montis habet.
Omnia præcipiti volvuntur lapſa ruinâ,
    Ceu Jovis alatis ignibus icta forent.
Quid tamen hæc doleo? Surgunt jam celſa ſepulcro
    Limina, ſe tollunt ardua templa polo.
Flumine jam fontes undant, jam compita turbâ,
    Jamque optata venit civibus alma quies.
Scilicet, ut Phariæ volucri, felicior urbi
    E proprio rurſus pulvere vita redit.
Gaude igitur, rediviva Parens, Urbs inclyta regni,
    Excidioque novo libera vive diu:
Et clarum ſubitâ partum de morte triumphum
    Laudibus ipſe tuum promptus in aſtra feram.
Interea raucum, luctus ſolatia, plectrum
    Accipe; ſiſque loco muneris ipſa mihi.

MO-

MONITUM.

RUSTICATIONIS MEXICANÆ huic carmini præfixi titulum; tum quod fere omnia in eo congesta ad agros Mexicanos spectent, tum etiam quod de Mexici nomine totam Novam Hispaniam vulgo in Europa appellari sentiam, nulla diversorum regnorum ratione habita.

In hoc autem opusculo nullus erit fictioni locus, eam si excipias, quæ ad lacum Mexicanum canentes Poetas inducit. Quæ vidi refero; quæque mihi testes oculati, cæteroquin veracissimi, retulere. Præterea curæ mihi fuit oculatorum testium auctoritate subscripta, quæ rariora sunt, confirmare.

Ad fodinas quod attinet, plura in hoc carmine desiderari fateor. Neque enim mihi proposui exactissimam ejus laboris notitiam exhibere; quippe qui magnæ molis volumen exigeret; sed præcipua dumtaxat, scituque digniora.

Denique ut inoffenso pede carmen hocce percurras, Lector benevole, te monitum velim, more me poetico locuturum, quotiescumque inanium Antiquitatis numinum mentio inciderit. Sancte equidem scio, ac religiose profiteor, hujusmodi commentitiis numinibus sensum nullum inesse, nedum vim, ac potestatem.

Vereor tamen, ne dum iſta percurreris, aliqua interdum ſubobſura offendas. In argumento quippe adeo difficili omnia latino verſu ita exprimere, ut vel rerum ignaris ſub aſpectum cadant, arduum quidem eſt; ne dicam impoſſibile. Nihilominus claritati, qua potui diligentia, ut providerem, plurimum in iis, quæ nunc primum in lucem prodeunt, adlaboravi: vulgata vero ad incudem revocavi; in quibus plura mutavi, non nulla addidi, aliqua ſubſtraxi. Sed verendum eſt adhuc, ne incaſſum deſudaverim, neque eorum ſatis deſiderio fecerim, qui in rebus etiam ſuapte natura difficillimis nullum vellent laborem impendere. Solatio tamen mihi erit, quod hac ſuper re Golmarius Marſiglianus cecinit:

Heu! quam difficile eſt voces reperire, modoſque
  Addere, cum novitas integra rebus ineſt.
Sæpe mihi deerunt (jam nunc præſentio) voces:
  Sæpe repugnabit vocibus ipſe modus.

LIBRORUM INDEX.

ARGUMENTA
TOTIUS CARMINIS.

IN LIBRO PRIMO

Lacuum Mexicanorum.

EXordium; *a verſ.* 1. *ad* 6. *totius carminis argumentum, a v.* 7. *ad* 17. *ſcribendi cauſa, a v.* 18. *ad* 27. *Invocatio, a* 28. *ad* 31.

Mexici brevis deſcriptio, a 32. *ad* 36. *ejus lacus, è quibus duo præcipui, a* 37. *ad* 48. *eorum nomina, a* 49. *ad* 52. *Lacus Chalcenſis primatum tenet, a* 53. *ad* 60. *plures colligit aquas, ac tempeſtatibus caret, a* 61. *ad* 69.

Fons Cryſtallinus e medio aquarum erumpit, a 70. *ad* 87. *hinc de origine fontium, a* 88. *ad* 101. *fontis* Chalcenſis *origo, a* 102. *ad* 114. *in medio fontis Crux lapidea ſolo fixa, a* 115. *ad* 129. *tranſitio ad hortorum deſcriptionem cum invocatione, a* 130. *ad* 139.

Hortos conficiendi cauſa, ac civium dolor, a 140. *ad* 156. *horti natantes conſtruuntur, ac Tyranno Axcapuſalci fit ſatis; a* 157. *ad* 198. *horti ſæpe aliò transferuntur, a* 199. *ad* 204.

Riparum cultus, a 205. *ad* 209. *ubi aves multæ; quas inter eminent Paſſer, &* Centzontlus, *a* 210. *ad* 231.

Ci-

IN LIBRO SECUNDO

Xoruli.

IN LIBRO TERTIO

Cataractarum Guatimalenſium.

IN LIBRO QUARTO

Cocci , *& Purpuræ*.

Lu-

IN LIBRO QUINTO

Indici.

IN LIBRO SEXTO

Fibrorum.

PRopositio, & invocatio, a v. 1. *ad* 10. *Fibri de- scriptio, a* 11. *ad* 38. *mores, a* 39. *ad* 54. *industria, a* 55. *ad* 72.

Arborem, repaguli fundamentum, prosternunt, a 73. *ad* 88. *Repagulum fluvio coercendo conficiunt, a* 89. *ad* 122. *repaguli figura, a* 123. *ad* 142.

Inde urbem in ripa extruunt, a 143. *ad* 157. *do- morum dispositio, a* 158. *ad* 171. *& cultus, a* 172 *ad* 189.

Fibri fessis succurrunt, a 190. *ad* 194.

Alimenta in hyemem servantur, a 195. *ad* 223.

Urbs incolitur, a 224. *ad* 237. *sceleſti ab urbe ... elluntur, a* 238. *ad* 243.

Fibrorum otium, balnea, &c. a 244. *ad* 251. *par- us; ac discessus in sylvam, a* 252. *ad* 268.

Fibri solitarii, a 269. *ad* 283.

Fibrorum hostes, a 284. *ad* 290. *astutia a* 291. *ad* 315.

Multiplex eos venandi ratio, a 316. *ad finem.*

IN LIBRO SEPTIMO

Fodinarum.

POst brevem anacephalæosim, propositio, & invocatio, a v. 1. *ad* 14.

Lon-

Longissimus montium ordo, ubi fodinæ latitant, describitur, a 15. ad 34.

Fodinarum venæ variæ, a 35 ad 60. quibus retectis altè mons foditur, a 61. ad 72.

Tædis utendum est, a 73. ad 90. & mons trabibus sustentandus, a 91. ad 97.

Argenti vena retecta sæpissime in ima præcipitat, a 98. ad 107.

Magna ex ipsa rupe reciduntur fulcra, quæ antri fastigia sustentant, a 108. ad 111.

Labor partitur, a 112. ad 120.

Fossores vectibus ferreis rupes exscindunt; atque aqua emolliunt, a 121. ad 135.

Vapor lethalis e rupe ascendens, a 136. ad 150.

Rupes durissima scalpro, & pulvere nitrico rumpenda, a 151. ad 170. vel igne supposito, a 171. ad 178. sed fumus vitandus, a 179. ad 190.

Saxa vehenda sursum humeris, vel machina, a 191. ad 196.

Foramen rectum, a superficie montis superiori ad antrum usque suberraneum, faciendum; antlia desuper collocatur, a 197. ad 217.

Aqua sæpe e rupibus manat, a 218. ad 227.

Sed extrahitur montem ad radicem terebrando a 228. ad 235. vel una, aut duabus antliis, si aqua non abundet, a 236. ad 254.

Custos ad fodinæ limen saxa recipit, iisque egenis succurrit, a 255. ad 269.

Fossores, soluto penso, sibi laborant, a 270. ad 278.

Pue-

Pueri saxorum frustula lecturi fodinam ingrediuntur, a 279. ad 286.

Fures, a 287. ad 301. Operarii infima plebs, multique scelesti, a 302. ad finem.

IN LIBRO OCTAVO

Opificii
Argenti atque Auri.

Propositione, & invocatione facta, a v. 1. ad 13. [Fu]ndus, ubi argentum extrahitur, describitur, a 14. [a]d 19. Saxa gravibus clavis in lapillos reducuntur, a [20]. ad 23.

Lapilli ferratis pilis ingentis machinæ abeunt in [pu]lverem; qui in capsis, obductis telâ e filo ferreo con[te]xtâ, excipitur, a 24. ad 38.

Puerorum huic labori addictorum periculum, a 39. [ad] 45.

Reliqua lapillorum frustula pistrina teruntur, a 46. [ad] 50.

Pulveri in chorte acervato, atque aqua superfuso, [i]ll admiscetur crebra pedum tritura, a 51. ad 58. de[in]de argento vivo *exploratur, calidane mistura, an fri[gi]da illi opus sit, a 59. ad 71.*

Si mistura calida limus indigeat, illi admiscetur pul[vi]s cupreus, sale præparatus, atque igne coctus, a 72. [ad] 79. Si vero mistura frigida ille indigeat, post ar[g]entum vivum calx adjungitur, a 80. ad 90. tum li-

mus

mus per decem continuos dies calcatur, *&* *remediis admiſcetur*, *a* 91. *ad* 102.

Experimento illius limi aqua diluti agnoſcitur, *utrum plus argenti-vivi indigeat*, *nec ne*, *a* 103. *ad* 122.

Lacus ligneus turbine armatus, *ubi argentum a fœcibus ſeparatur*, *a* 123. *ad* 141. *Mactris iterum argentum abluitur*, *a* 142. *ad* 148.

Maſſa argenti purgatur argento-vivo *in ſaccis pendulis in coni figuram formatis*, *a* 149. *ad* 155.

Variæ ex argento flexibili figuræ, *a* 156. *ad* 167 *quæ poſtea ſuper craticulas poſitæ*, *ac ferreo operculo tectæ*, *reliquum* argenti-vivi *medio igne deponunt*, *&* *durantur*, *a* 168. *ad* 175.

Etiam aqua ferventi argentum extrahitur; *tum mactris abluitur*, *&* *craticula purgatur*, *a* 176. *ad* 205.

Etiam fornacibus duabus, *longo nexis canali*, *lapilli plumbo*, *&* *creta mixti clauduntur*, *argentumque deponunt*, *a* 206. *ad* 240.

Aureus pulvis piſtrina teritur; ibique argento-vivo *ſuperfunditur*, *&* *miſcetur; atque a pulvere aurum ſeparatur*; *tum mactris abluitur; ſaccis*, *&* *craticula purgatur*, *a* 241. *ad* 264.

Quandoque fornacibus binis etiam ſeparatur aurum a 265. *ad* 267.

Argentum, *&* *aurum igne examinantur*; *&* *Principi quinta pars ſolvitur*, *a* 268. *ad* 279.

Aurum argento admixtum ſeparatur, *antequam pecunia cudatur*, *a* 280. *ad finem*.

IN-

IN LIBRO NONO

Sacchari.

PRopositio, & invocatio, a v. 1. ad 14. modus co-endi agrum cannis destinatum, a 15. ad 27. modus erendi cannas, a 28. ad 54.

Sata rigantur a 55. ad 69. Canneta runcanda, & riganda alternis, a 70. ad 98.

Cannarum messes, a 99. ad 107. Cannarum suc-us corpus refrigerat, a 108. ad 123.

Canneta ita seminanda, ut quotannis meti possint, a 124 ad 138

Trapeti communis, quo cannæ teruntur, descriptio, a 139 ad 165.

Trapeti aquarii descriptio, a 166. ad 193.

Cannarum tritura, & operariorum periculum, a 194. ad 214.

Cannarum succus ahenis tribus decoctus, & pur-atus abit in mel, a 215. ad 255. tum in ahenum fri-idum capulatus densari incipit, a 156. ad 265.

Formis coctilibus, infra perforatis, sed creta obstru-tis mel excipitur, densatur, & reserato postea forami-e inferiori purgatur, a 266. ad 283

Sacchari coni creta obliti albescunt; ubi de hujus rtis origine, a 284. ad 308. coni ad Solem siccantur, a 309. ad 321.

Descriptio casæ saccharo siccando destinatæ, a 322. ad 346.

IN LIBRO DECIMO

Armentorum.

bori

IN LIBRO UNDECIMO

Gregum .

Pernoctandi ratio, a 225. ad 231.

Capræ fulminum timore disperguntur, a 232. ad 240. sed postridie ad cornu sonitum redeunt, a 241. ad 247.

Caprarum graviditas, a 248. ad 255.

Caulæ in medio agri, paxillis in terra fixis intus circumdatæ, capris parituris aptantur: puerpera cum prole ad paxillum alligatur, donec invicem se noscant, amentque, a 257. ad 270.

Quod ni faciat pastor, matres omnino capreolos deserunt, a 271. ad 275.

Capri bimi castrantur; ac recens nati patres in futurum annum destinantur, a 276. ad 282.

Caprarum in prædia reditus, a 283. ad 290.

Laniena caprarum, ejusque ratio, a 291. ad 322.

Porcorum prædia prægrandibus chortibus instructa esse debent: altera magnis haris intus circumdata omnibus feminis communis est; altera, parvis circùm ornata, feminis jam fœtis est propria, a 323. ad 337.

Maribus longe a feminis area etiam magna, magnisque haris instructa paratur, a 338. ad 341.

E chortibus, jam hordea pasti, in campum exeunt porci, unde redeunt hora ante meridiem; aquam claram potant; nitratâ terrâ vescuntur; atque umbram in haris captant, a 342. ad 367.

Tribus a meridie exactis horis iterum in campum exeunt usque ad Solis occasum; unde in tecta redeunt, hordeoque pasti in haras dormituri relegantur, a 368. ad 376.

Por-

Porcarum graviditas, *a* 377. *ad* 386.

Porca illa die paritura arcta concluditur in hara, *a* 387. *ad* 402.

Porculi imbelles, *ac mole minores occiduntur*, *a* 403. *ad* 408.

Porculorum ludi, *a* 409. *ad* 417. *excessus ab haris maternis; & marium a feminis separatio*, *a* 418. *ad* 425.

Omnes mares, *& feminæ jam fœtæ castrantur*, *exceptis tantum patribus*; *ad quod munus eliguntur in venturum annum recens nati*, *a* 426. *ad* 429.

Porcorum saginatio, *a* 430. *ad* 440. *laniena*, *a* 441. *ad finem*.

IN LIBRO DUODECIMO

Fontium.

PRopositio, *& invocatio*, *a v.* 1. *ad* 11.

Fons Guadalupanus (*ubi aliqua de templo B. V.*) *a* 12. *ad* 23. *salutaris*, *a* 24. *ad* 29. *magno impetu limphas evomit*, *a* 30. *ad* 37. *ejus origo*, *a* 38. *ad* 56.

Fons Tzapopanus *in agro arido*, *a* 57. *ad* 69. *fossa*, *atque antrum fontis*, *a* 70. *ad* 80. *aqua e fastigio antri manat in morem pluviæ*, *sed cum magna diversitate*, *a* 81. *ad* 104. *lacus a pluvia in antro formatus*, *a* 105. *ad* 108. *aquarum diversitas*, *a* 109. *ad* 118.

Fontes Uruapani *novem fluvium efformant*, *qui* Uruapam *abluit*, *inque saltum properat*, *a* 119. *ad* 138. *hujus fluvii cataracta*, *a* 139. *ad* 164.

Fons aureus dictus (*quod auri fodinam penetrare dicatur*) *calidissimus*, *a* 165. *ad* 176. *salutaris*, *a* 177. *ad* 185.

Fons S. Bartholomæi calidus; *sed frumento opportunus*, *a* 186. *ad* 205. *est etiam salutaris*, *a* 206. *ad* 213. *Circum fontem plures rimæ*, *quarum aliæ aquam*, *aliæ fumum*, *atque omnes limum suppeditant*, *vestibus tergendis aptum*, *a* 214. *ad* 224.

Fons Aticpacus *erumpit e rupibus*, *magnamque fossam implet*, *a* 225. *ad* 235. *fonti imminet mons conicus*, *&* *altissimus*, *a* 236. *ad* 240. *aquæ clarissimæ*, *adeoque largæ*, *ut flumen magnum e fossa exeat*, *quod tripartitum in Oceanum præcipitat*, *a* 241. *ad* 253.

Fons varius in medio agri variis eductus rimis, *nunc frigidam*, *nunc calidam*, *nunc tepidam aquam*, *at semper vitream eructat*, *a* 254. *ad* 276.

Poetæ vota in fontem directa, *a* 277. *ad* 282.

Transitio, *&* *invocatio*, *a* 283. *ad* 288.

Fons Istlanus *quolibet prope ipsum accedente recedit*; *mox vero iterum aqua fluit*. *Si tamen secundo accedas*, *aqua non amplius sistitur*, *a* 289. *ad* 316.

Fons auritus in culmine Tamapachii *montis*, *a* 317. *ad* 336.

Fons Teguacanus *manat alternis horis*, *a* 337. *ad* 352.

Fons

IN LIBRO DECIMO TERTIO

Avium.

Nisi

IN LIBRO DECIMO QUARTO

Ferarum.

Mo-

IN LIBRO DECIMO QUINTO

Ludorum.

Aera

IN APPENDICE

De Cruce Tepicenci.

Di-

FINIS.

ERRATA CORRIGE.

Pag. 64. v. 59. *curtu*,	lege, *curru*.
pag. 86. v. 303. *fæx*,	lege, *fæx*.
pag. 113. v. 68. *cochleati*,	lege, *cochleari*.
pag. 125. in not. *inneflunt*,	lege, *innectunt*.
pag. 132. v. 199. *placidis*,	lege, *placide*.
pag. 142. v. 409. *clausis*,	lege, *claustris*.

Si quæ sunt alia, ipse corriges.

RU-

RUSTICATIONIS MEXICANÆ

LIBER PRIMUS.

Lacus Mexicani.

OBtegat arcanis alius ſua ſenſa figuris,
Abſtruſas quarum nemo penetrare latebras
Auſit, & ingrato mentem torquere labore;
ım ſenſum brùtis aptet, grataſque loquelas;
ıpleat & campos armis, & funere terras,
mniaque armato debellet milite regna.
Me juvat omnino, terræ natalis amore,
ſque vireſcentes patrios inviſere campos,
exiceoſque lacus, & amœnos Chloridis hortos
ndique collectis ſociis percurrere cymbâ: (1)
ım juga Xoruli viſam, Vulcania regna;
: vitreos celſo latices de colle ruentes;
ɔccineumque dein, Tyriumq;, Indumq; venenum:
ɔpida mox Fibri telis, ferroque fodinas
ggrediar; luteiſq; aſtringam ſacchara formis:
inc fuſum regione pecus, fonteſque ſequutus

Et

A

(1) *Horti enim Mexicani lacui innatant.*

Et volucres, & luſtra canam, ludoſque docebo.
Debueram, fateor, mæſto præcordia peplo
Induere, & lacrymis oculos ſuffundere amaris:
Nam flores dum prata dabunt, dum ſydera lucem,
Uſque animum, pectuſque meum dolor altus habebit.
Sed tantum cogor celare in corde dolorem,
Corde licet cauto rapiat ſuſpiria luctus.
Quid triſtes ergo gemitus de pectore ducam?
Ardua præcipitis conſcendam culmina pindi,
Muſarumque Ducem ſupplex in vota vocabo;
Ambit enim quandoque dolens ſolatia pectus.
Tu, qui concentus plectro moderaris eburno,
Et ſacras cantare doces modulamina Muſas,
Tu mihi vera quidem, ſed certe rara canenti
Dexter ades, gratumque melos largire vocatus.
Urbs erat occiduis procul hinc notiſſima terris
Mexicus, ampla, frequenſq; viris, opibuſq; ſuperba,
Indigenis quondam multos dominata per annos:
Nunc vero Hiſpani, populis Mavorte ſubactis,
Sceptra tenent, ſummâque urbem ditione gubernant.
Plures hanc vitreo circumdant fonte lacunæ,
Quæ blando parvas allectant gurgite puppes.
Non tamen has omnes mens eſt celebrare canendo:
Nam quæ ſepoſitæ proſpectant longius urbem,
Flumine nec tanto turgent, quod fama frequentet,
Nec nitidos ſquammâ piſces, florumque natantes
Areolas, Anatumque vadis examina paſcunt.
At quæ purpureos Phœbi remeantis ab umbris
Infringit radios, & quæ declinat ad Auſtrum,

Apta quibus flexus donat commercia rivus)
Fluctibus exundant, ſpumoſaque littora pulſant :
Deliciæ populi, & florentis gratia ruris.
Has prope frondoſis conſurgunt oppida ripis,
Quæ nomen geminæ, famamque dedere paludi:
Hoc *Chalcum*, *Texcucum* illud longæva vetuſtas
Dixerat, atque ambo patriâ de voce vocarat.
Tunc alias aliis recto diſcrimine limphas
Prætulit, & vario prudens celebravit honore.
Nam licet anguſtis geminæ loca tuta carinis
Exhibeant, ſerventque altis pro mœnibus urbem,
Allicit at vero cives argentea *Chalcis*,
Quod lætas ſegetes, quod puris paſcat in undis
Arboreis intexta comis peramœna vireta:
Gloria prima lacûs, & culti dedecus agri.
Hic dulces vaſto latices exaggerat alveo:
Namque per obſcuros tranquilla fluenta canales
Colligit, & tenues etiam ſine nomine rivos,
Puraque gramineis undantia flumina campis.
Non rapidum Boream, non illuc Æolus Auſtrum
Mittit, nec ſævis Eurus, Zephyruſque procellis
Ardua luctantes ſeſe in certamina poſcunt.
Murmure ſed poſito, ventiſque in clauſtra fugatis,
Incubuit puris tranquilla malacia limphis.
Sed tanto quamvis exuberet æquore *Chalcis*,
Fons tamen in mediis manat pellucidus undis,
Quem neque flaventi permiſcet littus arenâ,
Arva nec infecto deturpant proxima limo:
Sed clarus, ſed purus aquis, ſed vitreus humor,

Vel minimos poſſis ut qui labuntur ad ima,
Luſtrare obtutu facili, & numerare lapillos.
Hic vero tantâ ſaliens è gurgite rivus
Eructat gelidam vi, ut ſummas impete cœco
Scandat aquas, magnoſque dein ſe extendat in orbes.
Ceu quondam grajus bibulis Alphæus in oris,
Obſcuro poſtquam rapidus ſe condidit antro,
Labitur impatiens greſſu properante per umbras
Immenſum ſubter pelagus, fluctusque ſonantes,
Sicanios donec liceat contingere fines,
Ore, Arethuſa, tuo revomens argenteus amnem:
Haud ſecus occultos ſequitur fons ille meatus,
Optatas donec fugiens pertingat ad auras.
Unde tamen jugis ducatur fontis origo,
Quove reluctantes conſurgant impete lymphæ,
Incertum. Quis enim certis ſe noſcere ſignis
Dicat, concluſum ſecretis aera foſſis
In varias cogi brumali frigore guttas
Acturas exinde leves per gramina limphas,
Et largos etiam prærupto e pumice rivos.
Ni potius nigras ſubiens maris unda cavernas
Inde per anguſtas quærat ſpiracula rimas,
Dum ſale ſub terris poſito, pravoque ſapore
Irruat in campos humor, fonteſque, lacuſque
Impleat, & gratâ recreet dulcedine plantas.
Aut certa irrigui ducant exordia fontes
Montibus ex altis, pluviâ, glacieque gravatis.
Hæc mens, hæc animis potior ſententia conſtat,
Queis natura parens miranda arcana recluſit,
Ar-

Arduaque oſtendit fontis primordia noſtri.
Nam quamvis clivos campus ſejungat ab undis,
Et nulli aprico conſurgant gramine colles,
Alta tamen gemini tollunt faſtigia montes
Proxima ſyderibus, clademque minantia cœlo,
Plurima quæ glacies Borea concreta nivali
Usque tegit, multaſque rigens ſe tollit in ulnas.
Hæc ſenſim ventis, Phœbique ardore ſoluta
Ima petit montis penetrans illapſa latebras,
Guttarum donec rapido velut agmine facto
Erumpat, vincatque undas fugitiva paluſtres.
Additur huic aliud, quo non præſtantius ullum,
Prodigium, inſigne, inſuetum, cui nomen in ævum.
Ardua crux niveo, ſolidoque e marmore ſecta
Artificis dextrâ, ferrique rigore polita
Tollitur irrigui fontis ſubmiſſa profundo
Fixa ſolo, terræque ſimul ſic mordicus hærens,
Ut nullo poſſit niſu, nulla arte revelli.
Quis vero ſit caſus, quæve laboris origo,
Æternis clauſere umbris monumenta vetuſta.
Caſtalium poſthac ſileat Cirrhæus Apollo,
Et Lybicas Ammon contemnat Jupiter undas,
Vel quos clara dedit latices Arethuſa pudicos:
Quæque ſuos ſileant fluvialia numina fontes,
Solaque Mexiceum commendet fama fluentum,
Nobile Chriſtiadum fecit cui teſſera nomen.
Nunc agite, & quoniam concedunt aſtra quietum
Æquor, & anguſtas allectant cærula puppes,
Ocyus exiguam ſubducam margine cymbam,

Dotales pulchræ viſurus Chloridis hortos,
Quos Indi patrio dicunt ſermone *Chinampas*.
Tu tamen intereà, Zephyri pulcherrima conjux,
Quæ pictis ornata roſis dominaris in arvis,
Dic mihi, quis flores levibus commiſerit undis,
Et mare culturæ tumidum ſubjecerit agri,
Munere quando tuo rident pomaria gemmis.
  Mexicèi primum mediâ ſtatuere palude
Urbem, aliquot tandem magni poſt luſtra futuram
Imperii ſedem. Tanto tamen ardua faſtu
Templa Deûm, Regumque arces, turreſque, domoſque
Conſtituit, tantumque brevi gens inclyta crevit,
Ut Regi, (2) cui tota diu ſubjecta tributum
Solverat, ingentes curarum immitteret æſtus;
Scilicet augeri gentemque, urbemque dolebat.
Quare aliud miſeram gravius, nec viribus æquum
Vectigal juſſit crudelis pendere gentem;
Ducere odoratos ſubmiſſis fluctibus hortos
Frugibus inſignes, cultoſque virentibus herbis.
Quod ſi juſſa viri fieri tunc poſſe negarent,
Excidio mulctare urbem, populumque parabat.
Ingemuere omnes, gemituque auguſta replebant
Templa Deûm: ſparſis bacchatur turba capillis.
Omnia ſed prudens vincit ſolertia gentis.
  Ingenio freti cives, animique vigore
Accingunt ſe operi, tectiſque, undiſque relictis,
Nigrantes penetrant ſylvas, atque avia curſu,
Quæ-

(2) *Rex Axcapuſalci*.

Quærere textilibus frondoſa arbuſta geniſtis.
Cuique ſuum partitur opus, ſua munera cuique:
Pars lento vellit faciles e vimine ramos,
Pars onerat cymbas, pars remis ducit onuſtas:
Fervet opus, duroſque juvat perferre labores.
At poſtquam ſylvæ magnum congeſſit acervum,
Cunctaqne conſilio maturo turba paravit,
Concurrit, texitque leves e fronde tapetas
Oblongæ ſtoreæ ſimiles; quos mœnia propter
Expandit, textoſque ſalo committit aperto,
Callibus hinc atque hinc multis ſuper alta relictis.
Ne tamen infenſi ſpargant conamina venti,
Aut mare ſurripiat pronum fugientibus undis,
Cauta trabes fundo nodoſo ex robore figit,
Vimineaſque ligat ſtoreas ad tigna rudenti.
Hæc ubi felici norunt confecta labore
Mexicei, proras certatim ad littora vertunt,
Mox agros repetunt hilares, fuſique per arva
Effodiunt campis pingues ad ſemina glebas.
Non ita ſollicitæ carpunt per florea rura
Nectar apes denſæ, magnis alvearia ſilvis
Cum nova conficiunt, replentque examina melle.
Tum lembos onerant collecto ceſpite pubes,
Et vaga multiplici convolvunt æquora remo.
Aſt ubi diſtentos undis venere tapetas,
Quiſque ſuperfundunt lectas ſine vomere glebas,
Udaque frugiferæ committunt ſemina terræ.
Hic jacit in campos granum Cereale natantes,
Hic olerum gaudet lætum diffundere ſemen.

Nec desunt, queis, veris honos, Regina vireti
Culta rubet, Veneri quondam sacrata profanæ. (3)
Ut vero mediis vernantem fluctibus agrum
Conspexit, concors festivo turba tumultu
Exultat, remisque movens per cærula nantem
Ardua crudeli persolvit dona tyranno.
Ast alios undis hortos sibi cauta reservat,
Qui Floræ gemmis addant Cerealia dona,
Et quos assidue subigens diuturna propago
Incorrupta sui servet monumenta laboris.
 Sin autem prædo cultu nudaverit hortum,
Turbidus aut ventus maturis frugibus obsit,
Er-

---

(3) *Hortos hosce testis oculatus P. Acosta Hispanus describit, laudatque; cujus hæc sunt concepta verba: Los que no han visto las sementeras, que se hacen en la laguna de Mexico, en medio de la misma agua, terran por patraña lo que aqui se cuenta, o quando mucho creeran, que era encantamiento del demonio, a quien esta gente adoraba. Mas en realidad de verdad es cosa muy hacedera, y se ha hecho muchas veces hacer sementera movediza en el agua, porque sobre juncia, y espadaña se hecha tierra, y alli se siembra, y cultiva, y crece, y madura, y se lleva de una parte a otra.* Lib. 7. histor. natur. & mor. totius Americ. c. 5.

Gemelli testis etiam oculatus hæc ait: In fatti l' anno seguente portarono a quel Re un orto natante di diversi legumi: e fino al dì d' oggi coltivasi sì fatto terreno mobile nella lacuna.

Pongono essi sopra l' acqua giunchi, e gramigna intessuti con terreno sopra, che resista all' acqua: e poscia conducono facilmente, dove meglio vogliono, il natante giardino. *Tom. 6. lib. 1. c. 4.*

Errantem limphis alio traducit agellum,
Sævaque verſutus declinat damna colonus.
Hinc totidem genti ridentia floribus arva,
Quot nantes placide videas ſuper alta tapetas.
Has agri fluitantis opes, hunc æmula cultum
Proxima ripa dolet, ſeſeque virentibus Ulmis,
Et Cerafis, fætâque Pyro, Maloque rubenti,
Et Lauro, & Pinu, Cedroque, & Quercubus altis,
Vereque certatim diſtinguit prata perenni.
Quin etiam luco volucres tot condit opaco,
Ut blando percuſſa ſonet modulamine ſylva.
Hinc pennata cohors vario diſtincta colore
Gaudet iter liquidum pictis abſcindere pennis
Gutture feſtivos luſus per inane canoro
Effingens, dulceſque ciens per littora cantus.
Dulce canit Paſſer (4), roſeis quem fuſa capillis
Criſta tegit, plumæque fluunt per colla rubentes.
Ludit & inſignis raro diſcrimine vocum
Alituum Princeps, quo non vocalior alter,
Centzontlus (5), priſco volucris non cognitus orbi,
Qui

---

(4) *Il Gorrion, maſſimamente il maſchio, canta molto ſoavemente, ed è grande quanto un paſſero*. Gemelli lib. 1. c. 9.

(5) Centzontle *vox corrupta eſt ab antiqua* Centzontlatolis, *quæ* innumeras voces *indicat*. *De hac avi Franciſcus Hernandes Hiſpanus hæc habet: In caveis, in quibus detinetur, ſuaviſſime cantat, nec eſt avis ulla, animalve, cujus vocem non reddat luculentiſſime, & exquiſitiſſime æmuletur. Quid? Philomelam ipſam longo ſuperat intervallo*. Hiſtor. avium novæ Hiſpan. c. 30.

Tüm Bomare verb. Poliglotte. *C'eſt l'oiſeau, que les Mexi-*

Qui voces hominum (*) simulat, volucrumq;, canumq;
Et modulos etiam sociantis carmina plectro.
Nunc canit ad numerum, nunc Milvum fingit edacem
Nunc simulat felem, litui nunc signa canori
Reddit, festivusque latrat, lugetque, pipitque.
Inclusus caveâ gaudet volitare canendo,
Jungereque insomnes modulis noctesque, diesque.
Non ita compositis deflet Philomela querelis
Mœsta scelus, densis nemorum cum tecta sub umbris
Populeas tremulis sylvas concentibus implet,
Lusibus ut ripas hilarat *Centzontlus* amœnis.

Hoc melos, has undas, hæc littora grata frequenta
Nobilis exiguis pubes devecta phasellis,
Vere novo, croceis cum nantes floribus agri
Luxuriant, pictisque rosis ver prata coronat:
Quisque levem gemino conscendit remige puppim
Demulcens animum suavis modulamine plectri;
Cui procul obscuris respondet vocibus Echo,
Sylvaque dulcisono cantu percussa remugit.
Tunc celeres ducunt dubia in certamina cymbas,

Pro-

---

cains nomment Centzotlatolis, *c' est à dire, qui a quarante la-gues.... On pretend, que son chant est si doux, & si melodieux qu' il surpasse en agrement celui de quelche autre oiseau, que ce soi On assure même, qu'il contrefait la voix des autres oiseaux &c.*

Mr. Barrington Vice-President de la Societé Royale de Londr assure avoir vu cet oiseau contrefaire dans l' espace d' un minu le chant de l' alouette des bois, du pinçon, du merle, de la griv & du moineau.

(*) *Voces hominum sæpe imitatur hac avis, non articuland ut Psittacus, sed sibilando.*

ronaque remotum contorquent cærula plauſu,
um viridi puppim ſignet victoria lauro.
Iox circum areolas victi, victorque natantes
bliquos penetrant calles, ſinuoſaque circum
ittora diſcurrunt, actis per florea lembis.
eu quondam Theſeus Cretâ generoſus in alta
luſit cœcos labyrinthi pervigil orbes
ncipiti luſtrans fallacia limina flexu:
aud ſecus incertos veſtigat remige calles
utantes peragrans hortos urbana juventus.
Sunt etiam interdum, curvo quos prendere piſces
Ere juvat, prenſoſque vagas deducere ad oras,
um procul a tergo ripâque, hortiſque relictis,
ffuſum penetrant cymbis, ac remige pontum.
inc caute dapibus tectum fallacibus hamum,
uem tereti ducit lino fatalis arundo,
ſcibus objiciunt, juſſique ſilentia ſervant.
ontinuo circum glomerat ſe copia nantum;
ec tamen infenſos ullus contingere paſtus
udet; ſed rurſus tendit declivis in ima.
Iox repetit curſum; gelidis mox labitur undis:
que, reditque viam, donec pellectus odore
ente venenatas avidus depaſcitur eſcas.
ec mora: deprenſum calamo piſcator ad auras
xtollit, tota ſociûm plaudente corona.
le cavam moriens tremulis quatit artubus alnum,
um calamis alios rurſus de more paratis
urba capit. Tanto nutat ſub pondere cymba.
xultant animis illi, prædâque potiti

Occi-

Occiduas redeunt omnes ad tecta sub umbras.
Ast ubi vesanus cessavit vere tumultus,
Inque urbem numerosa vadis se turba recepit,
Discurrunt placidi per amœna silèntia ripæ,
Queis cordi tranquilla quies, quos cura fatigat,
Et quos facundæ juvat indulgere Minervæ.
Tunc capti tacitâ rigui dulcedine ruris
Littora concentu replent quandoque Poetæ.
Hìc pius æthereo flagrans Carnerus (6) amore
Terribiles Christi plagas, ludibria, mortem,
Opprobriumque crucis numeris deflevit amaris.
Hìc clarus sacro succensus Abadius (7) æstro
Occinuit Domino sublimes carmine laudes.
Hæc quoque terrifico strepuerunt littora cantu,
Pelæi cum fata viri, cum ferrea bella
Doctus Apollineâ cantaret Alegrius arte. (8)
Quin sua littoreis signarunt nomina truncis
Zapata, (9) et Reyna (10), et socco celebratus Ala
Tristia lenirent dulci cum tædia plectro. (co,(11

Ut

---

(6) *P. Jo. Carnero Angelopolitanus Passionem Domini ver hispano vulgavit.*

(7) *Didacus Josephus Abad Michoacanensis Heroica de D Carmina in lucem edidit.*

(8) *Franciscus Xaverius Alegre Veracrucensis Homeri Iliade e græco in latinum vertit carmine elegantissimo; cui Alexandr adem adjunxit.*

(9) *Zapata Mexicanus, poeta lyricus.*

(10) *Reyna Michoacanensis D. Joannis Nepomuceni vita hispano carmine edidit.*

(11) *Alarcon Mexicanus, poeta comicus celeberrimus. Ali*

t tamen occinuit modulis Joanna canoris, (12)
onſtitit unda fluens, ruptoque repente volatu
ere ſuſpenſæ longùm ſiluere volucres,
iſaque dulciſono concentu ſaxa moveri.
e vero Muſas livor torqueret amarus,
ſa Aganippæas juſſa eſt augere Sorores.
on ſic argutis florentia prata Cayſtri
ſonuere modis, niveus cum littore Cycnus
terno moriens miſcet ſuſpiria cantu.
Sed jam præcipiti labuntur flumina curſu,
taque per longum ſtagni fugit unda canalem,
ui piger irrorat campos, qui interſecat urbem,
ui varios ſequitur ſinuoſo fonte meatus,
ruptis donec ſpumanti vortice ripis
lvitur in ſalſam præceps per ſaxa lacunam,
rdano ſimilis, proprias cum perderet undas
ulces, mixtus aquis fœtentibus Aſphaltitæ.
am puris quamvis *Texcuci* rura fluentis
ſudent, dulcique palus ſe nutriat unda,
nda tamen ſalſo, mordacique incubat alveo,
ui latices vitiat, ripaſque ingratus acerbat.
nc macies herbis, virgultiſque horrida tabes:
Non

---

e multos, quos numerare poſſem, poetas Mexicanos miſſos fa-, ne tædio ſim, ut Cardenas, Munnoz, Fuentes, Arriola, Leon, r. &c.

(12) *Joanna Agnes a Cruce, Virgo ad D. Hieronymi Deo ra, omnigena eruditione exornata, & ob elegantiſſima car-na trib. voluminib. in lucem edita inter Muſas merito com-anda.*

Non ibi fas terræ geniales ducere fructus,
Nec licet armentis jucundum carpere gramen:
Urit enim patulos pestis sævissima campos.
Æquora quin etiam salso fœdata sapore
Flumineos propriis pisces a fluctibus arcent.
Quod siquem dulcis pertæsum *Chalcidis* ardor
Cœcus agat salsam nando penetrare paludem,
Pestiferas ut tangit aquas, letho occidit atro.
  Subdola præterea fallit maris unda phasellos: (13)
Vix etenim pelago consurgens Phœbus eoo
Palantes cœlo stellas, noctemque fugavit,
Cærula cum placidos ostentant mitia fluctus.
Ast ubi Sol tenues contraxit corpora in umbras,
Ac medium cursu flagrans trajecit Olympum,
Colligit Auster atrox rabiem, magnoque tumultu
Æquora commiscet, spumasque ad littora volvit.
Nunc præceps levibus sub cymbis unda dehiscit,
Nunc violenta redit, se seque ad sydera tollit.
Parvula cymba gemit repetito verbere læsa,
Et nautæ valido Superos clamore fatigant:
Ac nisi sollicitus clavum Palinurus ad oras
Dirigat, exiguam demergent fata profundo.
  Sed tamen infidis extat sua gratia limphis.
Nam

(13) *Mais aucun lac n' est aussi singulier, que celui du Mexique; une partie des eaux de ce lac est douce, & stagnante l' autre est salée, & a un flux & reflux; mais qui n' étant pas assujetti à des heures fixes, paroit occasioné par le souffle des vents, qui rendent quelque fois le lac aussi orageux, que la mer même. Bomar. verb. lac.*

ım cum Chalcenſem deglutiat ore canalem,
lacus innumeros abſorbeat undique fontes,
greſſos alveo latices concludit avaro,
c guttam permittit aquæ fugere inde per arva,
in tantis repletus aquis, lacus ipſe redundet
u mare, cum medias terras interluit undis,
ncitaque oceani patulo bibit æquora rictu,
in terræ inſidientur aquæ, quin flumen ab oris
eat, aut aliis ineat commercia pontis. (14)
Nil tamen antiquus ſpectavit gratius orbis
idiis, quas turba gregi parat Inda volanti.
ncipio fluvialis Anas, pars prima paludis,
hereas perſæpe plagas, fluctuſque ſecabat
xiceos, nec tela virûm, fraudeſve timebat.
in etiam lacuum ripis errare ſueta
pius indigenas audens ludebat inermes.
l tandem audacem gentis ſolertia vicit.
eſcit enim denſis ventoſa cucurbita ſylvis,
premiſque hæret truncorum pendula ramis
ngrua Neptuno, Bacchoque futura lagena.
s inter ſolers majores deligit Indus,
vacuas mittit vitreas innare per undas,
ijor ubi alituum collecta eſt turba natantum.
rret Anas primum, tantiſque exterrita monſtris
tora flebilibus fugiens clamoribus implet.
ubi nulla vident diſpendia ferre vagantes,
quit corda pavor, redeuntque ad ſtagna volucres.

Illæ

(14) *Ne ullam hac ſuper re opinionem amplecti cogar, pla-*
rem, ut oculis ſubſtat, exponere.

Illæ Anates innant circum, non amplius ullam
Exterrent, reduces nec turbant mole volantes.
Tunc Indus capiti vacuam verſutus adaptans
Aſſimilem prorſus reliquis errantibus alto,
Membra procelloſis, collo tenus, abdit in undis,
Inceditque ſolo, nuſquam prope littus amœnum
Profundo; incautum (quod ſecta cucurbita rimis
Oſtendit) donec ſenſim penetraverit agmen.
Tunc alias nantum atque alias diſcrimine nullo
Surripit occultus dextrâ, pedibuſque prehenſas
Subjectis mergit limphis; & præcoce letho,
Quin fraudem obſcuram præſentiat ulla volantum,
Contortâ velox animam cervice revellit.
Scilicet incultæ tanta eſt induſtria genti!

Finis Libri Primi.

RUSTICATIONIS MEXICANÆ

LIBER SECUNDUS.

Xorulus.

NUnc quoque *Xoruli* (1) Vulcania regna canendo
Perſequar, & nigras montis penetrabo cavernas,
Qui mala tot populis, clademque minatus acerbam
Divite florentes populavit germine campos,
Flammarumque globos, & ruptis ſaxa caminis
Impatiens vomuit, gelida formidine gentes
Concutiens, poſtrema orbis quaſi fata pararet.
Nam quamvis animum delectent floribus horti,
Claraque fertilibus labentia flumina pratis;
Sunt tamen interdum, vigili quos horrida viſu
Aſpectare juvat longe, & reputare tuendo.
Tu, Pomona ferax, montis perpeſſa furorem,
Et levibus tetri Vulcani exuſta favillis,
Dicito, quas campis uſit *Xorulus* ariſtas;
Quas nigro denſas ſpoliavit robore ſylvas;
Quîſve furens armis bellum commiſit Olympo,

(1) *Mons ignivomus Provinciæ Michoacanenſis.*

Horrida nocturnis præbens ſpectacula flammis;
Omnia quippe gravem referunt ambuſta ruinam.
Vallis erat veteri *Xoruli* nomine dicta
Undique diffuſos late porrecta per agros
Melligenis cannis, armentiſque apta ferendis;
Plurima cui pingues humectant flumina campos,
Ac multo taciti diſtinguunt ſubere luci.
Hæc partim cannis aſcripſerat arva colonus,
Mollia quæ centum dives findebat aratris;
Innumeris partim gregibus tribuebat alendis.
Roſcida nectareo implentur cellaria melle,
Canaque fictilibus conflantur ſacchara formis.
Lanigeras nullum pecudes capiebat ovile;
Sed ſylvis paſſim, campiſque errabat apertis
Turpe pecus, vigilum turba comitante Moloſsûm,
Quam paſtor circùm baculo ſylveſtris agebat.
His armenta boum, leviumque colonus equorum
Junxit, qui ridens carpebant æquore gramen,
Aut luco placidi captabant frigus opacum.
Ne tamen agricolam ſubeant faſtidia campi,
Provida chortales auxit fortuna volucres,
Quæ mites feſſum recreent, animique vigorem
Ingenio reparent blando, preſſumque malignis
Curis perfundant tacitâ dulcedine pectus.
Hinc Anatum numeroſa cohors, hinc garrulus Anſer
Et Gallina ſuæ cuſtos fidiſſima prolis
Vaſtam complebant chortem; quos pone ſequentes
Aſſiduo teneri pipiebant murmure pulli.
Hos inter pictus, volucris Junonia, Pavo

Tem-

Tempora ſydereo graditur diademate cinctus,
Gemmatâ gaudens nunc terram verrere caudâ,
Nunc ſurſum pictæ ſtellata volumina tollens
Ferre gradum tumidus vano ſplendore colorum,
Et lente varios ſe ſe verſare per orbes.
Quin etiam celeres, Cythereia turba, columbæ
Æthera per liquidum celſa de turre ruebant
Alternos formare globos, rapidoque volatu
In gyrum duci, penniſque obducere Solem.
Cum vero e campis conſueta ad tecta redirent,
Atria vaſta domûs, ceu nubes denſa, tegebant,
Quæque ſibi, pulliſque dapes lectura tenellis,
Mollia qui lautæ fierent obſonia menſæ.
Eminet hæc inter clari domus alta coloni,
Antiquâ conſtructa manu, cultuque ſuperba,
Præ foribus magnâ famulorum adſtante catervâ.
Hanc prope ſurgebant parvi penetralia templi,
Quod pietas olim multo luſtraverat auro,
Aſſiduoque frequens populus ſacravit honore.
His fallax opibus gnavum fortuna colonum
Auxerat, & gratâ tranquillum pace bearat,
Cum ſubito ſenior, genti non cognitus ante,
Lutea quem veſtis, cruduſque tegebat amictus,
Canâ ſpectandus barbâ, venerandus & ore,
Siſtitur, & mœſtis miſcens ſuſpiria verbis,
Tempus erit, dixit, quo non crudelius ullum,
Septenos poſtquam Phœbe compleverit orbes,
Autumnuſque nigras æquarit lucibus umbras;
Cum vulcanus edax iſthæc impune per arva

Sæva furet, vallisque cadet consumpta favillis.
Ignea per campos volvi saxa, horrida saxa,
Et longo mersum *Xorulum* funere cerno.
Dixit: & agricolas trepidos, ac multa parantes
Quærere longævus gressu properante reliquit.
Hæc vero miseri pavido dum corde volutant
Indigenæ, servantque imis infixa medullis,
Extemplo pennata volans per rura, per urbes
Turbida fama ruit tantæ prænuncia cladis:
Scilicet excidium *Xorulo* instare tremendum;
Nec lætas illic segetes, armenta, domosque,
Nec glebas homines doctos versare futuros:
Omnia quin potius flammis peritura propinquis.
Continuo turbati omnes, ac lethifer horror
Ossa quatit, gelidoque rigent in corpore venæ.
Tunc subito properare domo, simul arva tumultu
Deserere, & sylvas ardent habitare remotas.
Qualis ubi Jonas Ninive præsagus in ampla
Ultricem Regi cecinit, populoque ruinam;
Tunc trepidare omnes, magnusque ululatus ad auras
Pallidaque ancipiti tenuari membra timore:
Haud secus agricolûm venturi conscia casus
Turba timet, magnâque omnes formidine pallent.
Nuncius interea domini perstrinxerat aures
Rumor, & in vulgus volitans infausta ferebat,
Attonitis subito cladis terrore futuræ
Agricolis armenta boum, pecudesque relinqui.
Advolat ille citus, violentisque ocyor Euris
Accurrens valli, pavidis sic voce profatur:

uæ vos, o miseri, quæ vos dementia cepit,
gnoti vanis tantum concedere dictis,
t gazas, & rura patrum, patriosque penates,
t quidquid vobis majorum cura paravit,
)mnia præcipites cursu mittatis inerti?
Iic vigor, hæc virtus animi, pectusque virile?
h! pudeat trepidare viros, pudeatq; trementes
'emineo fugisse metu flaventia culta.
Iis mulcebat herus nutantia pectora verbis,
gnotique viri spernenda oracla monebat.
Jamque pavor sensim lassos dimiserat artus,
:um subito mugire solum, raucoque fragore
Iorrendum procul auditæ resonare cavernæ.
Equora quin etiam tranquillo assueta labori
Nocte, dieque tonant sonitu concussa tremendo.
Jt solet interdum nubes densata vapore
'ervidus æquoreis quam Titan extulit undis,
'urpureas vibrare faces, atque ignibus uri,
Terrificumque ciens cœlo tenebrosa fragorem
Æthera permiscet, campos, montesque tumultu:
Non aliter pinguis nigrantia viscera vallis
nferno passim resonant turbata boatu.
His rursus concussi animi, noctesque diesque
Iorrida venturæ reputant præsagia cladis.
Utque propinquavit Libræ Sol aureus altæ,
Extemplo vallis visa est trepidare profunda,
Et nemus, excelsæq; domus, templumq; moveri,
Parvaque terribili nutare mapalia motu.
Sub pedibus qua terra patet quassata vacillat,

Nec titubante gradu potis eſt conſiſtere planta:
Genua labant, penituſque fugit veſtigia tellus.
Tunc ſtridere trabes tecti, penetralia ſcindi,
In præceps volvi trepido magalia caſu.
Quin etiam ſolido conſtructum marmore templum
Attolli viſum ſurſum tellure tumente.
Interea Solem nubes obduxerat atra,
Incubat & triſti ſuſpecta malacia cœlo,
Infandamque viris portendunt omnia cladem.
    Attonitis primum torpebant verba palato,
Luminaque obtutu terror defixerat uno.
Sed tremulas magno voces agitante dolore,
Dant gemitum, mæſtiſque omnes clamoribus auras
Complent, & caros humectant fletibus agros.
Pars lacrymans fatum incuſat, pars poplite flexo
Imbelles tendit ſupplex ad ſydera palmas,
Parſque onerat Superûm ſacris altaria votis.
Quos tremulâ affatur pavidos ſic voce Sacerdos:
Quid juvat ignavos longo indulgere dolori,
Et caput interea tanto objectare periclo?
Maturare fugam, campiſque excedere præſtat.
Oh! fugiamus, ait, fugiamus funera: cœlum
Permittit, ſuadetque fugam: fugiamus, amici:
Sic decet his monitos mortem vitare minantem.
Dixit: & ante alios per apricæ devia vallis
Carpit iter, terramque celer vix ſignat eundo.
Cætera turba ducem pedibus ſectatur anhelum,
Et rapido velox curſu jam cominus urget
Femineis vaſtos complens ululatibus agros.

Sic

Sic gazas, sic illa domos, sic arva relinquit.
Ceu quondam græcæ tenebrosa volumina flammæ
Dardanidæ fugere citi, perque avia caros
Deseruere lares, patriamque, & Troia regna,
Labentis patriæ transfixi corda dolore.
Jamque procul miseris *Xoruli* abscesserat arvis
Extremum gaudens populus vitasse periclum,
Cum nova turbatis Vulcanus monstra minatur.
Tempus erat, quo clara suos Latonia currus
Æthereas emensa plagas declivis agebat;
Quin tamen interea roseos Aurora jugales
Annueret rapido segnis submittere plaustro,
Cum subito tellus horrendo rupta fragore
Evomit Ætnæas furibunda ad sydera flammas.
Ingentesque globos cinerum, piceasque favillas,
Obscura densans totum caligine cœlum.
Flammea saxa volant rutilis decocta caminis
Et crebro tellus casu tremefacta dehiscit.
His autem pubes rursus conterrita monstris
Longius ire parat, tutaque in sede locari,
Nullus ubi terræ convellat mœnia motus,
Nec rutilis bacchans Vulcanus sæviat armis.
Namque flagrans intus rabidi vesania campi
Vicinas magnis urgebat motibus arces,
Totque furens tædas vasto vibrabat hiatu,
Ut magno celsas superarent impete nubes,
Purpureâque urbes implerent luce remotas. (2)

(2) *Urbs* Pastquaro 40 *milliaria a* Xorulo *dissita ejus flammis tota illuminabatur.*

Quin etiam cineres liquidum per inane volantes
Disjunctos populos (3) paſſim preſſere timore.
Tot vero interea flammatæ fragmina rupis
Impatiens ructat monſtris fæcunda vorago,
Ut ſaxum ſaxis, ac rupes rupibus addens
Ingentem mediis montem (4) glomeraverit agris.
Una tamen cunctis cum non ſatis eſſet abyſſus,
Quatuor hanc circum, ſectis compagibus, ora
Ardenti Vulcanus edax torrente recludit,
Horrendum pecori, gentique auctura periclum:
Quæ poſtquam lapidum denſus præcluſit acervus,
Deſuper & flavas ignis congeſſit arenas,
Indomitum tellus uno vomit ore furorem.
Non ita limphatus bacchatur Veſvius igne,
Pathenopem facibus terret cum proximus urbem;
Horrida nec tantis Siculos quatit Ætna ruinis,
Cum ferrum dura tractant incude Cyclopes,
Aut motu Enceladi Trinacria tota vacillat.
Decolor hinc tabes ſylvas obduxerat atras,
Nigranteſque diu quercus, altæque cupreſſus
Lurida tendebant exutæ brachia fronde.
Gramina marceſcunt pratis, & mellea dona
Nectareum combuſta ſolo fudere liquorem.
Igne pecus pavidum, fortiſque ad aratra juvencus
Occidit, aut lethum fugit per aperta viarum.

In-

(3) *In urbe* Queretaro *centum quinquaginta milliaria a* Xorulo *remota cineres quotidie in chortibus colligebant cives.*

(4) *Congeſta ſaxa montem in medio vallis efformant altitudinis ad milliaria tria.*

fuper egregii fedes antiqua coloni
ona cadit, magnamque trahit labefacta ruinam.
:mplaque jam pridem cultu decorata fuperbo
ipete lapfa ruunt, cafuque per æquora circùm
ontremuit tellus, montefque dedere fragorem.
ndique mors inftat, pavor undique, & undique terror.
Permeat hic etiam lucos, & luftra ferarum
urbatas cogens denfis excedere regnis.
uæque fugit fylvas, obfcuroque antra receffu,
c veteris prorfus jam nunc oblita furoris
ppida, ceu faltus olim, cicurata frequentat.
c Leo, fic atrox Urfus, fic prava Lycifca, (5)
c præceps animi, ac mitefcere nefcia Tigris,
t quicquid latebris lucus concludit opacis,
ræfidium quærunt hominum per tecta gemendo.
eu cum poftremus mundi poft tempora finis
oncutiet terrore feras; hominefque trementes
lotibus infolitis, flammifque vorantibus orbem
uta in fpeluncis atris habitacula quærent,
ique vicem vacuas errabunt bruta per urbes:
aud fecus exterret vallem Vulcania peftis.
Aft ubi compofitus tenuavit Mulciber ignes,
erraque paulatim motu laffata quievit,
n nova Xoruli vertex portenta minatur
isjunctis latura metum, mortemque propinquis.
urima paftorum fedato turba timore
patrios mærens fenfim remeaverat agros,
Dif-

(5) *Fera hæc ab Indis* Coyotte *appellatur*.

Diſperſumque pecus campis revehebat apertis,
Ardua cum montis velat faſtigia nubes
Horrida, ſulphureo, nigroque coacta vapore.
Exiguo primum ſcintillat lumine nimbus,
Arrectas ullus ſonitus quin verberet aures.
Sed vires fulgor paulatim nactus eundo
Horrendum extemplo tonitrum cum fulmine miſit,
Concuſſique gravi fremuerunt murmure colles.
Ingeminat nubes ictus, & fulgura paſſim
Purpureis accenſa rogis per nubila denſa,
Perque agros lucent; totidem mittuntur ab alto
Ardentes longum, cœlo reboante, ſagittæ,
Eliſæque cadunt ſonitu per jugera flammæ;
Nec potis eſt ullus tædas numerare triſulcas.
Tam crebris udus late micat ignibus æther!
Tot nigrans torquet lethalia ſpicula nimbus!
Scinditur in partes jaculata e nubibus Ornus,
Præcipiteſque cadunt ingenti murmure Cedri.
Hinc ſubitâ innumeræ mulctantur morte bidentes,
Et montana pavens tremulo fulgore juvencus
Ire parat, ſpargitque amplis pecuaria ſylvis.
Hæc nova *Xoruli* graſſatur valle quotannis,
Omnia quæ triſti replet vicinia luctu,
Pernicies infauſta gregi, pecoriſque magiſtris.
Sic rabie bacchans ſemper *Xorulus* iniquâ
Aut flammis campos replet, aut ferit oppida telis.
Quin etiam gelidas montis veſania limphas
Confundit, nimioque urget violenta calore.
Vitreus amnis erat clivo delapſus ab alto

pera diffugiens levibus per saxa fluentis,
iltaque ductilibus perfundens æquora rivis.
ic gelido teneras spargebat flumine plantas,
rentesque greges magno recreabat in æstu.
t postquam tetras abrupit flamma cavernas,
erraque montanis arsit *Xorulia* tædis,
gneus undantem descendit fervor in amnem,
luminaque ante gelu pecori jucunda petulco
calidas abeunt fumanti gurgite limphas.
ec praceps quisquam pedibus tranaverit amnem,
mifsâ quin pelle luat temerarius ausum.
t tamen ad medium properat Sol igneus orbem,
nda prius fervens æstum tepefacta remittit.
t solet in Libycis Cyrenes limpidus agris
ons undantis aquæ mediâ fervescere nocte,
t contra rutilo Solis fervore rigere: (6)
aud secus ardentes amnis *Xorulius* undas
æpes agit, Phœbique dein ardore tepescit.
Accedunt nec parva tamen solatia tantis
xcidiis; sua nam campis sua gratia major.
allis enim primum nimio ferventior æstu,
eplevit postquam *Xorulus* cuncta ruinis,
raminaque infensus maculavit cæde cruentâ,
ec Libico enervat languentia membra calore,
Fri-

---

(6) *On dit, que la Cyrenaique en a une [fontaine) qui*
l froide le jour, & chaude la nuit. Cette fontaine me fait
uvenir de celle de Jupiter Ammon. Selon Lucrece elle étoit
oide le jour, & chaude la nuit. Regnauld tom. 2. *Entre-*
ien 12.

Frigore nec Scytico torpent ad munia palmæ;
Aere ſed gaudent populus, pecudeſque benigno.
Sic lætos quamquam ſpoliavit germine campos,
Terraque per luſtrum nullis fuit apta ſerendis
Fructibus; at vero ex illo tot tempore fœtus,
Antiquum ut vincant præſentia commoda damnum.
His ego dum modulis conabar fallere curas
Ad vaga per campos properantis flumina Reni,
Extemplo ſtridere trabes, reboare cavatæ
Ima domûs, nutare ſolum, tectumque moveri;
Et quæ firma diu multos ſtetit una per annos,
Ex imo verti nunc viſa Bononia fundo.
Corda pavent, gelidoſque quatit tremor horridus artus.
Exceſſere omnes domibus, conſiſtere contra
Nec poſſunt, totâ paſſim diſcurritur urbe.
Actus enim rabidâ livoris tabe Veſevus,
Poſtquam Parthenopem toties concuſſerat urbem,
Ac flavas toties conſumpſit ſævus ariſtas,
Noſtras ſtare arces, turreſque, urbemque dolebat.
Hinc ſenſim tenues per ſubterranea regna
Veſtigans aditus, inferna callidus arte,
Sulphureæ tandem preſſit veſtigia venæ,
Felſineam donec licuit penetrare cavernam.
Contigit ut vero convexum Mulciber antrum,
Continuò nitrum, ſulphurque, atrumque bitumen
Subjectis uſſit facibus: Vulcanus habenis
Immiſſis ſævit, craſſiſque vaporibus antri
Aera denſatum violento ardore relaxat.
Protinus in gyrum laxatus volvitur aer

Hinc

ſinc atque hinc : quærit quà tellus ſecta dehiſcat
rrequietus amans anguſto carcere ſolvi.
Ίox contracta furens ingenti murmure rumpit
incula, concutiens ſuperam conamine molem,
Ethereum donec fuſus contingat inane,
t liber, præcepſque ruat per prata, per undas.
Ίon ſecus atque olim (ſi fas eſt credere dictis)
nfenſus populis, flammiſque *Colima* (7) ſuperbus
ub denſâ varios fodit tellure meatus,
ırva quoad ſubter *Xorulia*, ſulphura tædis
ıccendit, motuque agros quaſſabit acerbo.
nde vomens, ruptis vallis compagibus, ignem,
ːxtinxit veteres ſimulatâ pace caminos,
oruli ut vaſtâ penitus fornace recluſâ
er nova verſutus ructaret culmina flammas.
)uis vero infernus cum rumor fertur ad aures,
ut fremit horribili tellus conterrita motu,
ngenti ſubito mentem formidine preſſus
Ίon pariter nobis (terris avertite noſtris
) Superi monſtrum) *Xorulia* fata timebit?
Sed paveant alii, paveant, Jeſſeia Virgo,
)ui tua perverſis maculant præconia linguis,
:t queis, grata olim, forſan tua munera ſordent.
)uid vero paveat præclara Bononia cladem,
:um tua perpetuis cumulans altaria donis
'romeritos demiſſa tibi perſolvat honores,

Et

---

(7) Colima *mons etiam ignivomus ſeptuaginta circiter mil-*
iaria a Xorulo *diſſitus ignes ſuos extinxiſſe dicitur, ſimul atque*
lle flammas evomere cœpit.

Et dignas memori referat de pectore grates?
Quare age, Virgo Parens, populo ſuccurre vocata,
Auxilioque urbem facilis ſolare gementem:
Et dum clarus equis luſtrabit Phœbus Olympum;
Altaque præcipites fugient in cærula fontes,
Munus inoblitâ famoſa Bononia mente
Extremas mundi ſemper celebrabit ad oras.

Finis Libri ſecundi.

RU-

RUSTICATIONIS MEXICANÆ

LIBER TERTIUS.

Cataractæ Guatimalenſes.

SAt monti, & flammis, nocuis ſat carmine nimbis,
Excidioque datum. Repetam nunc flumina cantu,
Flumina per duras ſaltu ſpumantia cautes,
Grata verecundæ captant ubi frigora Nymphæ.
Naiadum formoſa cohors, Dryadeſque puellæ,
Lactea quæ vitreis perfuſæ corpora limphis
Et nemus, & fluvium, vallemque habitatis opacam,
Dicite, quis præceps adigat per inane fluentum,
Aptaritque lares vobis ſub rupibus altis,
Si rupes, Nymphæ, ſi vere flumen habetis.
Urbs infauſta fuit, ſuavi Guatimala cœlo,
Dives aquis, populoque frequens, ac frugibus uber.
Hancce ſolo primum fundaverat Indus amæno
Montis inacceſſi poſitam radicibus urbem
Arboribus denſam crebris, ac floribus agri
Incultis certe, ſed qui viridantia montis
Semper odorato pingebant terga colore.
Quin etiam felix duro ſine vomere tellus
Maturos hortis fundebat prodiga fructus.

Quos inter celſi montis radice ſub ima
Cautibus e vivis manat fons vitreus undâ,
Fortis ubi epotis æſtum pulſare juventus
Gaudet aquis, dulcique rigat pomaria rore.
Hanc urbem, hos agros olim gens Inda colebat.
Ut vero Hiſpani regnum ditione tenere,
Juraque deviƈtæ cœperunt dicere genti,
Extemplo alluvies montanis fluƈtibus auƈta
Templa Deûm, gentiſque lares abſorpſit, & urbem. (1)
Tunc alio Hiſpanis viſum transferre colonis
Reliquias urbis, mediâque in valle locare,
Quam circum norant celſis pro mœnibus apte
Surgere ſydereos elato culmine montes
Frondibus inſignes, undiſque, ac vere perenni.
Hic, procul indigenis antiquâ ſede reliƈtis,
Hiſpani poſuere novi fundamina regni,
Ingentemque urbem vaſta in convalle locarunt
Callibus inſtruƈtam reƈtis, multoque patentem
Circuitu; quam nulla unquam contagia diri
Vexabant morbi; nimio nec Cynthius æſtu,
Nec gelido populum Boreas horrore fatigat.
Templa laboratis acciſa e rupe columnis
Ardua, Panchæo ſemper fragrantia thure,
Undique fulgebant auro luſtrata coruſco.
Limina tum pulchro paſſim decorata nitore,
Luxurieſque agri, ac rorantes gramina fontes
Æternum dederant urbi nomenque, decuſque.

Urbs

---

(1) *Die* 10. *Septemb. Ann.* 1541.

Urbs tamen infelix, quam ſors ſuprema manebat,
ıgenti demum terræ concuſſa tremore (2)
ota labat, nulloque ruunt diſcrimine tecta.
empla, domuſque cadunt, ſaxiſque obſtructa rotatis
ulla per antiquos reſtabat ſemita calles.
ıterea nubes, cœlum quæ umbroſa tegebat,
ugentique diem, Solemque amoverat urbe,
ffuſos ſubito præceps ſe volvit in imbres,
œdavitque omnes undanti flumine gazas
ıfectas limo, terrâque, undâque ſepultas.
ollitur inde virûm clamor, mæſtuſque ululatus
emineus, totumque replent ſuſpiria cœlum.
t patres natum, & nati doluere parentes
uppoſitos terræ, vulſamque a ſedibus urbem.

Hujus in aſpectu, quà Phæbus vergit in Auſtrum,
rduus exſurgens ſublimi vertice clivus
Ethereas luſtrare plagas, ac tangere viſus
ſtra ſupercilio, bellumque indicere cœlo.
ımpla ſolo figit patulo fundamina moles,
lectitur & vaſtos adeo diffuſa per arcus,
Jt per bis denas *leucas* volvatur in orbem.
Iox arctat maſſam, ſenſimque arctata volumen
Ioc magis imminuit, quò udas petit altior auras,
ıligeras donec faſtu ventoſa ſuperbo
'incat aves cono, denſata & nubila vincat.
Qualis ubi aerio nimbos abrumpit Olympus
'ertice, & æthereos auſus conſcendere tractus

C Aſtra

(2) *Die 29. Julii. Anno 1773.*

Aſtra petit, Phæbemque amens, Phæbumque minatur:
Haud aliter pulchri frondoſa cacumina montis
Nubibus abruptis criſtâ, ſe in ſydera tollunt.
At vero paucis, gelidum quà reſpicit axem,
Undat aquis clivus: multo tamen amne profuſus
Uſque fluit, pelago ſævit quà turbidus Auſter,
Humectatque vagis Auſtralia terga fluentis:
Quem circum densâ montem tegit arbore lucus
Incomptus ramis, tenebriſque obductus opacis,
Quas genus aligerum modulis oblectat acutis,
Præſertim teneram foveat ſi femina prolem.
Aſt loca radici populus vicina profundæ
Excolit, & duro tractat verſata ligone,
Nunc fruges teneras, Cereris nunc ſemina ſulcis
Spargens, nunc ramos figens ex arbore demptos.
Hinc etiam vario diſtinguit gramina flore
Cum violis calthas, cum nardis lilia miſcens,
Quæ montem gemmis propria ſtatione decorant.
Sola venenatis florum Regina rubetis
Uſque rubeſcentes fœtus cum lucibus æquat
Florida perpetuo diſtinguens munere prata.
Turba tamen ſolers Auſtralia terga frequentat,
Maturos citius lectura ex arbore fructus,
Fervida quòd pingui tellus uligine læta
Largius edat opes nigrâ ſpectabilis umbrâ.
Sic Pepones, ſic Pruna manu, Citroſque, Nuceſque
Innumeroſque alios fœtus plebs Inda legebat
Fertilis aſſiduis terræ proventibus uber.
Inſuper in magnos ſe mons abſcindit hiatus

ſummo paſſim porrectos culmine ad imam
adicem; ſed quos foliis virgulta tenellis
ndique diſtinguunt, annoſa & robora denſant,
uto donec demiſſa per æquora faſtu
anet iter, puriſque riget ſata læta fluentis.
His prudens opibus rarum natura jugavit
rtentum, celſum decorat quo prodiga clivum.
cciduas ſiquidem properat cum Phæbus ad undas,
ovia quotidie medium præcingere montis
udet inacceſſi candenti ex vellere nubes.
nta gradu primum madido procedit ab Auſtro
rrhaſium ſimulans curſu petere ardua plauſtrum:
d facili magnum flexu ſinuata per arcum
um certat greſſu contingere Solem,
rcundatque diu nigrantes Ilice lucos
benti zona, montemque per ilia cingit.
vero longùm ſeptem converſa trioni
rcumiit, texitque levi velamine terga,
genti rurſus nubes obvertitur Urſæ,
ceditque gravi tenuis per culmina greſſu,
celſos donec ſinuoſo ſyrmate clivos
rrat, & æthereas levior ſe tollat in auras.
Sepe etiam duplici zonâ præcingere viſa
ndida ſublimem variantia nubila montem.
ox commota duplex venti ſpiramine zona
æc petit occiduum, Solem petit illa recentem,
propriam quærit pulſa in contraria metam,
nplaque frondoſi montis per terga feruntur.
Hujus in Auſtrali pagus radice jacebat

Martyris Augusto Petri de nomine dictus,
Ardenti sub sole situs, nimioque calore,
Et culice, & muscâ, nocuâque infestus Arachne:
Sed quem prodigiis mirum natura replevit.
 Propter enim pagum longo se scindit hiatu
Et rimam tellus aperit rescissa profundam,
Quà saliens amnîs scopulis illiditur altis,
Ac prærupta cavas effingunt saxa cavernas.
Hæc autem sapiens latebris natura recondit;
Nec potis est ullus miros penetrare recessus,
Ni scalis lapsus vallem ducatur ad imam.
Ast ubi planta solum patuli compressit hiatus,
Consistit subitâ stupefactus imagine rerum
Obtutuque animus perstat suspensus in uno.
Namque statim, dextram fluvii labentis ad oram,
Objectat se oculis ingens sub rupe cavatâ
Porticus æqua jugo, multasque extensa per ulnas, (*)
Naturæ constructa manu, saxoque rigenti
Sculpta olim. Tenues fastigia lata per auras
Diffugiunt muros nullis innixa columnis;
Sed scopulo nodata rudi compagibus arctis
Pendula tecta volant bis denâ ab mœnibus ulnâ.
Quin etiam tecti liquidum per inane profusi
Aerio pendent durati e fornice coni,
Pensilis in terram coni mucrone reverso.
Non nullos autem pendenti e rupe revulsos
Horrendo, fama est, sonitu traxisse ruinam.

Inde

(*) *Quotiescumque* ulnarum *mensura utor*, ulnàs *pro* cubitis *usurpo*. *Vide*, *sîs*, *Facciolatum*.

de gravis cunctis lustrum spectantibus horror.
ræterea rupes partes diffusa per omnes
spera vestibuli pervadit strata cavati
obilibus saxis, parvisque aspersa lapillis.
mnia caute rigent, murique; & strata, tholusque.
on ita bis seni famosa palatia Reges
onstruxère olim, fastus monumenta superbi,
d lætas Nili fæcundâ uligine ripas,
um sibi præclarum duodenò pignore nomen
erpetuare ardent, famamque extendere in ævum;
t miram dives decorat natura cavernam.
Rupis in adversâ, fluviique in parte sinistrâ
ollitur undosas collis fæcundus ad oras,
lurima quem crispâ myrteta virentia fronde
xornant; densusque tegit frondentibus ulmis
ucus, & alituum recreat pennata sonoris
urba modis, vario corpus distincta colore.
ica (3) tamen formâ, multisque coloribus aucta
Inguibus e trunco pendens inversa recurvis
auca sonat, crocitatque rudi per culmina voce.
st tamen adverso multo spectabilis antro,
um virides quercus, ac frondes inter opacas
ontorquet caudam, sinuatque volumina plumæ
æruleis aspersa notis, croceoque veneno,
otaque purpureo mirum fucata nitore.

(3) Picam *appello avem* Guacamaya *dictam* (*Ital* Rara.) *sittaco majorem, cauda oblonga, miraque colorum varietate istinctam, quod* Picæ *figuram aliquomodo referat. Neque enim liud lingua latina verbum suppeditat.*

Roſcida ceu quondam pluvio Thaumantias arcu
Nubila depingit, varioque colorat amictu
Tellurem pulchro gaudens circumdare gyro;
Quòque magis terræ fumantis nubila denſat
Halitus, hòc formoſa polo nitet amplius Iris:
Haud aliter pictis pennis ſpectanda volucris
Umbroſum nitido variat nemus omne colore.
  Hæc inter, luſtrum dextrâ, collemque ſiniſtrâ
Volvitur in præceps undanti flumine rivus,
Inque imam vallem ſcopulo deſcendit ab alto:
At tanto fluvius cumulo ſe volvit aquarum,
Ut rauco vallis reſonet concuſſa fragore,
Ingentique nemus ſtrepitu, luſtrumque reclament.
Vox aures refugit, nec fas eſt verba profari,
Ni levibus placeat voces committere ventis.
Qualis in Iſiaci pingui tellure Canopi
Arva per, & cautes undantia flumina Nili
Excurrunt, ſaltuque agitur cataracta rapaci,
Horriſono quatiens montes, auresque tumultu:
Haud ſecus horrendo ſonitu ſpelunca reſultat,
Cum crebrâ fluvius cautes diverberat undâ.
Tum lapſus patulum circùm ſe fundit in æquor
Vortice ſpumoſum torto, cunctiſque timendum,
Quòd rotet in gyrum nantes, tumuletque ſub undas.
  Inde fluit præpes vallis per opaca profundæ,
Abducitque graves violento flumine truncos
Saxa repentino fodiens declivia lapſu.
Vix etenim ſaltu vallem demiſſus ad imam
Se diro noſcit concluſum carcere, & altæ

Præ-

Præcinctum rupis duris complexibus amnis;
Cum crudas subito conatur rumpere cautes;
Ingentemque fodit viva inter saxa canalem;
Scinditur in partes rupes, fluvioque perenni
Concavat umbrosas æternâ nocte cavernas,
Solis inaccessas radiis, muscoque virentes,
Quas nec pes hominum tetigit, nec vafra Lycisca
Desertas audet timidâ contingere plantâ.
Has inter rapidus celeri pede labitur amnis
Adversis passim perrumpens flumina saxis,
Extremas donec cautis delapsus ad oras
Præcipites iterum demens agat impete fontes.

Namque pavimenti perrumpit saxa barathrum
Vorticibus flexis, gelidâque undante tremendum;
Tartara cui subter, Plutonis regna, propinquant;
Et foveam tenebris circùm nigrantibus umbrant:
At fossa ingentem facile diffusa per orbem
Undique pro muris scopulis præcingitur altis,
Quos montana olim saltu graviore peresos
In vasis teretem disjunxit limpha figuram,
Multaque frondosis ramis virgulta recondunt
E laceris saxi costis exorta rotundi:
Quæ pictæ quandoque, loci dulcedine captæ,
Arguto volucres hilarant certamine cantus.
Imminet huic barathro rupes, altissima rupes,
Et quam lapsuram profunda horreret abyssus.
Hinc violentus aquis rursus labentibus amnis
Mittitur in fossam præceps, summaque ruit vi.
Tunc latices fluvius tumulo delapsus ab alto

Diſtrahit in minimas venti ſpiramine guttas
Inque levem totus caſu diſſolvitur imbrem.
Undique limpha volat, ceu nubes cana, per auras.
Plena tamen gelidâ, terret quæ ſubter, abyſſus
Perſtrepit horrendum, circum ſpumante barathro,
Undaque curvatas ripas corrodit avara
Abſorbens torto disjunctas gurgite cautes.
Ceu mare, cum validi permiſcent æquora venti,
Nunc undas tumidum faciles jaculatur in aſtra,
Ut cœlum credas jamjam contingere pontum;
Nunc fundum retegit, diſſectis fluctibus, imum
Tartareas ardens ſonitu terrere cavernas:
Tunc rabido cautes cœdit, muroſque furore,
Abſorbetque cavas ſinuoſo vortice pinus:
Non aliter vallo ſaxi præcincta cavati
Unda ferit crudas, deglutitque anxia rupes.
Incolit hunc amnem proles Thaumantis in arcu
Quem lapſu fingit celeri quandoque ſonorum
Flumen inaurato percuſſum lumine Solis.
Scilicet ut Phœbus curſu petit aureus æquor
Heſperium, feſſoſque regit temone jugales,
Tunc demiſſa polo Junonis Nympha ſereno
Inſidet effuſis placide Thaumantias undis,
Objectatque amnem radiis, ut luce refractâ
Oſtentet varios, Phœbo mirante, colores.
Ut vero Nymphæ pictos excuſſit amictus,
Arroſitque altam repetito verbere foſſam
Amnis, agit latices ſcopuli per terga reciſi,
Et patulum greſſu barathrum pernice relinquit,

t corroſus aquis, exſectâ rupe, canalis
artareis adeo pronus demittitur umbris,
t nullum fluvii murmur circumſonet aures;
ed tacitus fundo, præpeſque adlabitur imo,
acifici donec pelagi revolutus ad oras
lumina mordaci confundat dulcia limphæ.
 Nobilis huc properat Guatimala tota quotannis
empore quo rigidis torpent Aquilonibus artus,
rumâque immiti tabeſcunt gramina campi.
enſilibus ſcalis ad ſaxea tecta relati
onte domant fluvium, donec ſub rupe recepti
oncava ſuſpenſo perluſtrent lumine ſaxa.
mnia mirantur, montemque, amnemque, ſpecuſque.
re tamen preſſo nutus, & ſigna ſequuntur,
ive ſalutatum pubes exoptet amicum,
eu velit ad tectum prono jam Sole reverti.
 Arva Parætoniæ ſileant viridantia gentes,
bere quæ dives fœcundat flumine Nilus:
t ſeptem ſileat veterum miracula mundus
arrula queis laudum ſolvit præconia fama.
mnia convallis ſuperat portenta decore,
ara verecundis præbet quæ umbracula Nymphis
emper odorifero fragrantia germine montis,
t ſuavi ſemper volucrum reſonantia cantu.

Finis libri tertii.

RU-

RUSTICATIONIS MEXICANÆ

LIBER QUARTUS.

Coccum, & Purpura.

POſtquam Neptuni vitreos inviſimus agros,
Regnaque Vulcani tremulis armata favillis,
Viſere fert animus roſeum cum Murice Coccum,
Ac totum fixis oculis luſtrare laborem.
Tu, quæ puniceo, Tritonia Virgo, colore
Intextos auro Regum perfundis amictus,
Et Lydam lætaris acu viciſſe puellam;
Dic mihi, quæ dederit regio tibi provida fucos,
Atque orbem Cocco, tyrioque impleverit Oſtro;
Quis legat hæc campis, quæ mittant ſemina terræ,
Et quo naſcantur regalia germina cultu.
Floret in Heſperio multò ſpectabilis orbe
Urbs populoſa viris, domibuſque ornata decoris,
Mercibus inſignis, templiſque auguſta ſuperbis,
Vallis *Oaxacæ* (1) fecit cui nobile nomen.
Undique florentem circumdant æquore campi
Immenſo, pinguique ſatis, ac divite gleba;

Fri-

(a) *Proprium civitatis nomen Anticaria (Antequera). Vulgo tamen a vallis nomine* Oaxaca *appellatur.*

rigus ubi ardenti commiſcuit aura calori,
Temperieque levat pecudeſque, homineſque benignâ.
Perpetuis lucent diſtincti floribus agri,
Et veſtita ferax foliis vernantibus arbos
Altera maturis curvatur prodiga pomis,
Altera dum teneros fructus tibi cauta reſervat.
Hinc ſalices videas ſe criſtâ efferre comanti
n cœlum, pinguique adeo turgeſcere ventre,
Ut magno circùm gyro ducatur in orbem
Ac multas arbor ſinuetur craſſa per ulnas (2).
Hos inter dives gemmat *Nopalis* in arvis
Edita ſex ulnas terrâ, ſuffultaque trunco
mbelli, quem nulla comis frons mobilis ornat,
Ardentem pecudi Phœbum neque ſubmovet umbrâ.
Carnoſas vero *Nopalis* vivida frondes (3)
nduit intextas duro ſubtemine fibræ,
Munitaſque rubis canis, ac pelle virenti
Obductas, ovum referunt quæ ſæpe figurâ.
At frondes quamvis fortis compago coarctet,
nteriora tamen replet circumfluus humor
Coccineis quondam paſcendis vermibus aptus.
Nec tamen hoc videas folium pubeſcere ramis;
ed frondes frondis natas mirabere limbo,
Al-

(2) *Inter alias bene multas vidi egomet in hac valle, ad agum S. Mariæ de Tule, arborem amplius* 40. *ulnas in orbem atam.*

(3) Frondes *dico, ſatius ramos dicturus: ſed uſui ut inſeriam, receptoquè loquendi modo,* frondes *appellare auſus ſum* Nopalis *ramos.*

Altera ut alterius culmen radice coronet.
Quin & luteolis veſtitur floribus arbor
E folio exortis patulo, limboque ſub ipſo;
Quos ſubit armatus denſatâ cuſpide fructus
Deformem celſo tollens in vertice florem.
Hanc vero campis optes ſi figere plantam,
Planta tibi nullos adducet parca labores.
Arripe deciduas vernanti ex arbore frondes,
Arreptaſque manu latum mox projice in agrum,
Et frondes jactæ, lætis ſeu miſeris arvis,
Seu crudas inter ſitienti pondere cautes,
Ocyus educent totidem cum fœnore partus.
Hæc domus antiqua, hæc auguſta palatia vermis
Coccinei, tenerum gaudet qui haurire liquorem
Arboris, & longam foliis educere prolem.
Naſcitur hæc ramis priſcâ de ſtirpe parentum,
Moribus ingenuis, niveoque ornata colore,
Civiles exoſa neces, exoſa tumultus,
Et contenta ſuis *Nopàlis* frondibus udæ
Prælia nulla movet, nulli ſuccenſa minatur,
Nec petulans hoſtes pubes invadit inermes.
Cauta genus totum ſexus partitur in ambos,
Queis propriis natura dedit ſe prodere ſignis.
Hinc marium dorſum rubro ſuffuſa colore
Parvula ſtilla notat, membris candore relicto
Femineis; veſtitque ambos tenuiſſima pellis,
Quam ſi dura tibi manibus tractare libido,
Protinus effuſo rorantem ſanguine cernes.
Hunc autem formâ ſimulat porcellio vermem;

Sed

:d caput hic condit, cruriſque, & calcis egenus
eptat inexpertus rigidæ per brachia plantæ,
ſt adeo lente ſerpentia membra movebit,
t folio intentum, tractoque e fronde liquori
navâ corpus credas reparare quiete.
Ut vero infectum rubrum bibat arbore ſuccum,
c proprio cives poſſit ditare cruore,
ere novo, cum Phœbus adeſt, cum bruma receſſit,
um læti rident redivivo gramine campi,
lgenteſque calor Titanis temperat auras,
ducit clauſos velatis cannabe ciſtis
uos laribus vermes induſtria cauta reſervat.
ſox varios trunci foliis diſſeminat altis
enuia goſſipio relegens corpuſcula blando,
emineumque pecus maribus permiſcet opimis.
ontinuo lentæ *Nopali* mordicus hærens
ıgentique vorans dulces conamine frondes
octe, dieque bibit pubes argentea ſuccos.
lic maribus pigris fragilis ſe femina miſcet,
emiſſiſque ovis immenſa examina truncis
ducat, & niveis extendit civibus urbem.
læc foliis reptat, patrumque exempla ſecuta
ernantes habitat ramos, ac provida roſtris
eſtigat, ſugitque liquentia mella juventus.
Quis tamen innocuam crudeli crederet hoſte
nvadi, fatiſque feris concedere gentem?
'ix tamen arrectis pubes albeſcere ramis
œpit, cum ſubito vaſtis plebs turbida campis
;onſurgit, foliiſque acies inimica propinquans
In-

Infeſtis pubem telis oppugnat inermem.
Implicat inſectum crudelis aranea filo,
Ventreque diſrupto fumantia viſcera ſugit:
Improba vel raptat roſtro gallina tenaci;
Ni prius adrepens trunci per brachia vermis
Exterus inſontis pubis corpuſcula rodat.
Quin etiam trucibus legio numeroſa volantum
Arripit inſectum roſtris, raptique per æthram
Infanda ſublimis agit de morte triumphum.
Ut ſolet interdum rabie lupus actus ovile
Expugnare rapax, agniſque indicere bellum:
Tunc teneros matrum raptos complexibus agnos
Dilaniat ſævus, rabiduſque per arva cruento
Devorat imbelles, reliquis balantibus, ore.
Quare opus eſt nullis ſordeſcere fœcibus agrum
Putrida quæ inſectis nocuis alimenta miniſtrant;
Atque herbas omnes *Nopalem* vellere circum,
Tigna veneniferis laqueis ne ſumat Arachne.
Inde juvat magnam pueros impendere curam,
Qui pravas vigilent volucres arcere flagello,
Et quos armatos audax gallina paveſcat.
Si vero exili ſubrepat aranea plantâ
Nocte ſub obſcurâ, vermeſque cruenta trucidet,
Pelle loco ſubito, caſſeſque, & funera pelle,
Ne foliis ſerpat putris contagio mortis.
Nec ſatis eſt Coccum tetro defendere ab hoſte,
Ni ſimul a rigido ventorum flamine ſerves,
Coccineamque ſagax ſubducas frigore gentem.
Frigus enim, pluviæque graves, ventique minaces

ɔrrida jucundæ portendunt fata juventæ,
rpureoque feri perfundunt arva cruore.
nc plantas debes clivo fixiſſe ſub alto,
ıi gelidum vaſtâ Boream compage refrænet,
frigus tenerâ turbâ propellat acerbum.
tamen algenti pubes ſtatione prematur,
gna para, magniſque focis præcinge rigentem,
ıibus ut crebris letho tepefacta reſiſtat.
rbidus at campis cum latis irruit imber,
andinis aut pecori minitatur verbera nimbus,
ſuper injectis vermes abſconde tapetis;
latis velat ſtoreis gens Inda quotannis.
ns ſiquidem ſolers tignis hinc inde locatis,
ıæ patulas celſo *Nopales* vertice vincant,
denſis amplum ſtoreis velamen adaptat,
ıod modo fune ſuper ducit, modo fune reducit.
His tutatus obit virides porcellio ramos,
enſibus ac binis ſucco nutrita recenti
ngævos referunt ſobolis jam membra parentes,
ımoremque altis quem pubes frondibus hauſit,
rubrum gracili transformat ventre liquorem.
ıalis ubi Aſſyrio celebris ſubtemine Bombyx
ɔndoſum cupidus Mori depaſtus honorem
ıjores gaudet procerâ mole referre;
aſque habiles carpit feſtino tempore frondes
ntre coquit tenui, coctaſque in ſerica vertit:
ıud ſecus e ſucco niveus *Nopalis* alumnus
rficit exili regalem ventre colorem.
ɔx, ubi turba levis majores induit artus,

Coc-

Coccineoque vorax opplevit corpora ſucco,
Vernantes aliquot vellit radice colonus
Ramos, albenti natorum examine plenos,
Et trabibus calidæ ſuſpendit dextra culinæ;
Aut concluſa cavis, obductiſque agmina ciſtis
A rigido Boreæ tutatur flamine venti,
Inque novæ prolis ſervat gens cauta parentes.
Tum reliquos campis plantæ ſuper alta relictos
Goſſipio munita manus legit impigra vermes
Præcipiti miſeros mactandos poſtea letho.
Agmina quippe Indus diſtendit lecta tapetis,
Innocuumque gregem calido rigat improbus amne,
Dum totum ſævo videat ſuccumbere fato.
Ni placeat niveos flammis extinguere cives
Immeritos, auri cæco exitialis amore.
Tunc ingens valido fornax accenditur igne,
Tota quoad magno rutilet flammata calore:
Fornacem pubes, ſemotis ignibus, intrat,
Toſtaque purpuream vitam fornace relinquit.
Aut Indus certe diffundit chortibus amplis
Sole ſub ardenti, torretque examina Sole.
Ceu quondam Bombyx fatis ceſſurus iniquis
Nunc rutilis Phœbi telis ſubſternitur alti,
Nunc atris jacitur concluſus vimine flammis,
Vitaque lethiferas moriens vaneſcit in auras.
His ubi ſuppliciis mactavit barbara gentem
Coccineam, traxitque cavis plebs Inda caminis,
In rubrum manſuetus abit porcellio Coccum
Puniceum condens niveâ ſub pelle colorem;

Quo

uo Galli, & Batavi, Venetusque, Hispanus, & Anglus,
t Russi, & Belgæ, totusque intingitur orbis.
Ne tamen hæc lucri quemquam deludat imago,
overit hoc Indis cœlum servasse colonis.
epe etenim cives quæstus ingentis amore
occineos aliqui magno conamine gnatos
rondibus aspersos avidi excepere colendos.
se tamen dulces pastus porcellio frondes,
ut magnam passus ventorum murmure cladem,
it propriam renuens foliis educere prolem,
usit domini misero tentamina casu
esidiâ gazas consumens pravus inerti.
dica gens autem duros edocta labores
rferre, algentes nec mollis pallet ad imbres,
ec rubram metuit quassantem lampada Phœbum.
inc omnes tolerat casus tranquilla verendos,
: Lunam, & Solem, pluviamque, & frigus, & æstum,
vigilatque diu Cocco noctesque diesque,
rmibus infestos abigens candentibus hostes.
iproba cura quidem, sed tanto debita lucro!
Nunc agite, & quando cœptis Parnassia turba
extra favet, pontumque aperit Thetis alma serenum,
pera purpureum cogam per littora fucum,
iem doluit periisse semel cum Murice Sarra;
: micat occiduo iam dudum pulchrior orbe (3).

(3) *On a parlé dans le Journal de Trevoux (Octob. 1712.) un petit limaçon des Indes, qu' on trouve au Sud de Guaiala, où l' Amerique Septentrionale confine avec l' isthme de rien. Ce petit animal, dit Lemery, paroit être le Murex de*

Abditur extremis Americæ pagus in oris
Magnus, & æquoreis non multum diſſitus undis,
Cui dedit Auſtrali fluvius commercia ponto,
Immenſoque leves pelago committere cymbas.
Uſque calet pagus ſerventi torridus aurâ:
Fontibus at dives, ſemperque virentibus agris
Et Solem placidâ lucorum temperat umbrâ,
Et turbæ pomis teneris refrigerat æſtum.
Hunc Indi pagum veteres dixere *Nicoyam*,
Purpura ſed famam dedit, ac memorabile nomen.
Horret enim curvo ſpumantis littore ponti
Perpetuum dorſum, rupiſque immobilis ordo
Ventorum furiis, altiſque obnoxius undis.
Mordicus his limax ſcopulis affixus adhæret,
Mole quidem parvus, ſed claro inſignis ab Oſtro,
Mobile cui tegmen ſubtilis concha miniſtrat,
Egregioſque lares, cunaſque, & triſte ſepulchrum.
Hoc Indus pelagi cupidus per ſaxea quærit
Littora, & inventum ſaxo Conchyle revellit,
Aſſervatque diu cyathis turgentibus undâ,
Reptantis donec turbæ glomeretur acervus.
Tu, prius abruptis vellas quam cautibus Oſtrum,
Suſpice, num Phœbe lumen reparata reſumat,
Exa-

---

anciens : il eſt de la groſſeur d' une Abeille. Sa conquille eſt mince, & peu dure : on le ramaſſe à meſure qu' on en trouve, & on le conſerve dans un pot plein d' eau. Mais comme il eſt rare d' en trouver beacoup à la fois, les Indiens ſont long temps à en ramaſſer la quantité neceſſaire pour teindre nn morceau d' etoffe d' une certaine grandeur. Bomare. v. Murex.

xactoſque dies primo lucentis ab ortu.
urpureo ſiquidem replet Conchylia fuco,
rdua cum creſcens extollit cornua Luna (4).
vero defeſſa ſuos contraxerit ignes,
ardaque cornigero ſenſim fulgore ſeneſcat,
eſine ſpumoſam reptare per aſpera concham,
i velis ingratum fruſtra tolerare laborem.
Nec latet hæc Indam prudens induſtria gentem:
uærit enim pubes aſpris Conchylia ripis
nmemor omnino donantis munera Phœbes.
on tamen inſipiens cyathis educit ab altis,
licietve cavo pretioſum Murice ſuccum,
i prius attento perluſtret lumine cœlum.
ſt ubi Luna novis orbis faſtigia bigis
radiat, pubes brevibus munita lapillis
xtrahit e cyatho conchas, frangitque ſub ictu (5).
auta tamen dextrâ quærit; prompteque recludit
urpureum tumido concluſum ventre colorem.
Iox detecta ſuper ducto Conchylia filo,
urice goſſipium rutilo, vel ſerica tingit,
ittora cui numquam ſimilem Sarrana dediſſent.

 Se-

---

(4) *Juxta Horatianum illud:* Lubrica naſcentes implent onchylia lunæ.

(5) *Enfin on les ecraſe avec une pierre bien polie, & on ouille auſſi tot le fil de coton, ou l' etoffe dans la liqueur rou- : il s' y fait une teinture de pourpre la plus riche que ſe uiſſe voir. Ce qu' il y a d' avantageux, eſt, que plus on la- l' etoffe, qui en eſt teinte, plus la couleur en devient belle, éclatante: elle ne s' altere point par la vieilleſſe. Bomare. b. ſup.*

Fulgenti, vivoque micant fucata liquore
Serica, quem nunquam vastat longæva vetustas,
Acribus aut mersum limphis lixivia delent.
Quin etiam gelidâ vestis purgata frequenti
Clara nitet, gaudetque omnem deludere nisum
Mordicus æternum servans immota colorem.

Quis tamen hæc, Musæ, primus Conchylia legit,
Et lanam rutilo docuit medicare veneno?
Fertur in horrenti Sarrani littore ponti
Divitias raptasse maris, Conchyle, molossus,
Atque avidum fuco rictum fædasse cruento.
Anxia tota domus percussum vulnere ducens
Ora vigil, rostrumque manu rimatur anheli
Puniceam stringentis adhuc frendente rapinam
Morsu; conaturque undis purgare cruorem.
Sed dum labra canis rorantia Murice tergit,
Murice tota manus, vitreusque intingitur amnis,
Purpureisque aspersa notis spectabile signum
Candida lina ferunt; licuit dum forte retentam
Dente venenato pretiosam vellere prædam,
Ingentemque oculis longùm lustrare nitorem.

Finis libri quarti.

RUSTICATIONIS MEXICANÆ

LIBER QUINTUS.

Indicum.

NUnc, ubi coccineum collectum frondibus altis,
Sidoniumque dedi sublatum rupe venenum,
Indica prima sequor (1), ruptis quæ vomere terris
Occiduæ præbet patiens industria gentis.
Tu, Dea nata Jovis, patrique accepta propago,
Quam cœlum delectat acu simulare serenum
Sydera lucenti fingens radiantia filo,
En tibi cæruleos perfectos arte colores,
Queis famosa manu clarum superabis Olympum.
Ne tamen ipse tuos evertam nescius agros,
Dextra fave, præsensque meum moderare laborem.
Principio tractus cœli fervore præustos,
Phœbus ubi vires frangit sudore liquatas,
Delige, virgultis culto jam rure ferendis.
Nam lectos si forte agros horrore nivali

(1) *Indicum hocce* Guatimalense *dictum*, (*Hisp.* Añil., *Ital.* Indaco ; *Gall.* Indigo) *quòd in Regni Guatimalensis provinciis colligatur, omni alio superius habetur. Lege, sîs, Bomare verb.* Indigo, & *Robertson tom.* 4. *Hist. Americ. lib.* 8.

Obſideat frigus, vexetve infeſta pruina,
Nec calamis unquam ſegetum lætabere natis,
Arida nec magnos reparabunt jugera ſumptus.
Tum vigil incultæ glebæ perpende vigorem;
Quod verſata ferat ſemen, quod dura recuſet,
Quoque tibi lucro facienda impendia poſſit
Reddere. Quæ videas nigris compacta medullis
Æquora, crede mihi, turgeſcunt ubere gleba,
Nec meliora ſatis præſtat natura ferendis.
Quod ſi denſus humum delectam lucus obumbret,
Aut crebris immixta rubis virgulta replerint,
Ocyus immitis ſylvam proſterne bipenni,
Cumque rubis aſpris frondoſa arbuſta revelle;
Quæ ſiccata vehat plauſtris operoſa juventus,
Ac multos aggeſta domi conſervet in annos.
    Nec ſatis hæc campos aptabit cura reciſos,
Ni reliquum flammis lignorum vulgus adurat
Accenſoque furens per gyrum Mulciber igne
In cinerem frondes diſperſas æquore vertat.
Scilicet Ætnæo tellus tepefacta calore
Mollis hiat, gremioque ſales ſtudioſa recondit,
Pinguibus ut deinceps frondeſcat dives avenis.
    Ut vero clades, ſemotis ignibus, agri
Ceſſavit, retroque pedem Vulcanus in antrum
Arripuit ſiculum, ſubmittunt dura juvenci
Colla jugo dociles, crebro qui vomere nigras
Proſcindunt glebas, & campi tecta recludunt
Viſcera collectis nuper fœcunda ſalinis:
Jugera ni potius placeat verſare ligone,

To-

Tota quoad glebis æquarit dextra ſolutis.
Tunc opus eſt campos turbâ tractare frequenti;
Auget quæ longo ſumptus operoſa labore.
Hunc tamen obliquo crebro præponit aratro
Antiquumque tenax ſervat dementia morem.
Hinc multam videas effuſam gramine plebem
Et raſtris verſare agros, & jugera dextrâ
Æquare, & ſulcos validis aptare lacertis.
Hæc ubi, præruptis agri compagibus, aptat
Æquora ſeminibus credendis illico terræ,
Agricolûm minimum (mordax quod forte Sinapi
Credideris) ſemen diſpergit turba per arvum:
Ut ſolet auratam Cererem per rura colonus
Fundere venturæ pellectus imagine meſſis.
Poſt, ubi fœcundo telluris ſemen in alvo
Intumuit, rupitque ferax præcordia matris,
Innumeris totus veſtitur campus ariſtis;
Prataque virgultis rident obducta tenellis.
Sed quamvis tanto florentia jugera cultu
Luxurient, tellusque comanti pullulet umbrâ,
Ne præceps gratere tibi: via quippe colonum
Longa manet. Nam quæ primum de ſemine pubet
Herba, adeo modicum concludit ventre venenum,
Ut raro quæſtus impendia facta rependant.
Hinc ſinit aurato curvari ſemine culmos,
Et curvâ deinceps præcidit falce juventus,
Lugentemque ſtudet purgari funere campum,
Venturam meſſem longùm expectare coacta.

Tunc senis tollunt segetes caput altius ulnis (2)
Frondibus explicitis, parvumque imitantibus ovum,
Cæruleum queis larga supèr natura colorem,
Atque infrà viridem mixtum flavente reliquit,
Floribus intextis subrubro ardentibus igne.
Ridet ager, facilesque Notus, si spiret, avenas
Undantes, tumidi ceù ponti cærula, versat
Hac illac jactans densata volumina flabris.
    Continuo forti pubes armata securi
Herbosam invadit segetem, pravoque labore
Culta diu læto populatur germine rura.
Non tamen imprudens omnes succidit aristas,
Nec totos unà spoliabit messibus agros:
Quin solers potius campis non amplius herbæ
Arripiet, quam quod sociûm densata caterva
Cæruleum de fronde trahens studiosa venenum
Exsecti fruticis vitreo suffocat in amne.
Villicus hinc binas mulas messoribus addit,
Quas deinceps tumidis supponat quisque maniplis
Pondere præfixo gravibus, ventremque ligatis,
Inque domos etiam medio sub Sole vehendis.
Scilicet ingratis operis constricta morari
Non, nisi cum cœli Titan petit arduus alta,
Limina nota redux messorum turba revisit.
    Interea plebes communi sede relicta,
Quæ pridem dominus solerti mente paravit,
Stagna situ purgat studiosis provida curis.

Nam

(2) *Herba isthac, cujus succo* Indicum *conficitur*, Giquilite *appellatur*.

Nam ſimul atque herbis aptantur rura ſerendis,
Colle ſub acclivi, vitreus quà profluit amnis,
Sumptibus haud parvis tollit tria ſtagna colonus,
Mole quidem variâ, ſed quæ firmiſſima vallo
Poſtea congeſtis obſiſtunt omnia limphis.
Grandius extremâ collis radice recumbens
In ſuperas effert labrum ſublimius auras,
Et reliquis adeò muro ſupereminet alto,
Ut tinctos exinde bibant ſubjecta liquores.
Hujus ſub vaſtâ protendit mole politos
Inferius muros, labroque minore receſſum
Non ita diffuſum præbet labentibus undis.
Subjacet huic minimum, ſubnixumque aggere firmo
Excipit hoſpitio purgatos amne colores.
Stagna micant intus ſudore, atque arte polita,
Omnia quæ ſolers opifex lævavit ad unguem,
Ne color exſecti latebris ſe condat hiatus.
    Hæc ubi turba levis, collis per terga recepto
Flumine, ſtagna parat, ſordeſque attenta relegat,
Continuo ſectis majoris labra maniplis
Opprimit, atque ſinum pretioſo pondere replet.
Ne tamen herba dein immiſſis adnatet undis,
Aut fugitiva lacu frigentia balnea vitet,
Oblongis tranſverſà premit plebs cauta tumentem
Arboribus, cogitque inflatum ponere faſtum.
Vitrea tum longo deducta fluenta canali
Prompta ſupèr fundit, donec virgulta trâbali
Pondere preſſa tegat, prorſuſque obduxerit amnis,
Inque diem patiens linquit ſubmerſa futuram.

Po-

Poſtera lux vero cum terris clara refulſit,
Ac flavos eduxit equos Sol aureus Alto,
Attento Cuſtos animo veſtigat inertem
Limpham; num priſcum conſervet clara nitorem;
An potius viridi referat virgulta colore.
Ut tamen unda viret, fucoque imbuta recenti
Expreſſos herbæ traxit de cortice ſuccos,
Ocyus ille amnem, labri ſiphone recluſo,
Præcipitare jubet, ſtagnique virente liquore
Subjecti ventrem juxtà replere ſupinum,
Tinctaque continuo miſceri flumina motu.
Proptèr enim ſurgit fluvio revolubilis orbis,
Qui merſum labro circùm rotat impete tignum
Armatum patulis utrâque ex parte batillis.
Hæc, ſimul atque undâ replet viridante juventus
Inferius ſtagnum, rivo de colle reducto
Penſilis ærato prompte rota volvitur axe,
Inque orbem tignum convolvens mobile, ſtagni
Flumina tincta recens fundo permiſcet ab imo;
Dum crebro jactata ſalem fæx exuat ictu,
Pondereque acta ſuo præceps petat ipſa profundum.
Principio totum ſpumis exuberat æquor
Cæruleis, magniſque tumens liquor undique bullis
Imminet audaci ripas tranſcendere ſaltu.
Sed ſenſim, ſpumâ tenues abeunte per auras,
Cœleſti fucata labris jacet unda veneno,
Præcipiteſque ruunt alto de flumine fæces
Herbarum, liquidum ſimulantes corpore cœnum.
In-

nde coloratum fulgenti vase liquorem (3)
)extra rapit, raptumque statim densare perita
Jititur; ac vasis, digito explorante, profunda
æpius attrectans, coeat num limus in unum
'estigat, granumque abdat sub fonte coactum.
i nondum fundo cœnosa residat amurca,
Jlterius tignis opifex agitare rotatis
tagna jubet, rursusque vigil tentamen aquali
ngeminat, dum grana cado densata profundo
idant. Tunc motu prorsus consistere jusso,
'incta tacent, longumque lacu stipata quiescunt
;ærula. Mox rimam sensim reserare magister
(Quæ labrum a summo porrecta abscindit ad imum,
)uamque vigil cretâ pubes obstruxerat ante)
mperat: & subito vinclis, ac carcere liber,
)ua data porta ruit, præcepsque adlabitur amnis.
ost aliâ atque aliâ duratæ parte revulsâ
rgillæ, obstrusum recludit dextra meatum,
Jndantique sinit limphas decedere labro,
:æruleum dum pone lutum contendat abire.
Tunc cretâ rursus pubes obturat hiatum,
nque lacûs minimi gremium capulatur amurca
'ictilibus collecta cadis; ubi flumine rursus
'urgatur reliquo, fundoque coacta residit.
pse coloratum credas subsidere cœnum
ordibus imbutum glaucis, ac fonte liquatum:
Ioc tamen ampla luto gazas Guatimala cogit
In-

(3) *Huic experimento vas argentem aptari solet; sed certe-ctile apprime tersum satis est.*

Ingentes, totuſque auget commercia mundus.
His ubi cœnoſas fruticis plebecula fæces
Exſiccat ſolers, denſo ſubtemine ſaccos
In conum textos tignis ſuſpendit ab altis,
Unde fluat liquidum, puro ſtagnante colore.
Mox extracta ſinu minimi limoſa labelli
Ilicet in ſaccos maſſa hæc transfunditur arctos;
Quæ ſuſpenſa diu quærens per denſa meatus
Exiles, imâ guttatim parte liquorem
Expellit, ceramque refert compacta tepentem.
Hinc tabulata ſupèr facilem plebs ſedula maſſam
Expandit, Phœboque objectans ſæpe rubenti
Infeſtum prorſus conſumit Sole madorem.
Humida maſſa leves, alvo fumante, vapores
Evomit, & tenuis conſurgit fumus in auras.
Nec mora: duratam radiis, Zephyroque frequenti
Comminuit vulgus, maſſamque in grana reducit,
Indica vulgato patriæ de nomine dicta (4)
Quid vero, denſis veniant ſi nubibus imbres,
Indica dum radiis indurat cærula Phœbus?
Flumina tunc glauco currunt imbuta veneno,
Granaque per campos fugiunt liquefacta patentes.
Quare opus eſt, Soli ſuppoſtam obſidere maſſam
Ex-

(4) *Indici triplex eſt genus, ſupremum, medium, & infimum. Nullus autem, nè peritiſſimus quidem, unquam novit, cujus generis Indicum confecturus ſit. Eâdem quippe herbâ, iiſdem laboratâ curis, nunc ſupremum, nunc medium, nunc etiam infimum extrahitur.*

:xcubiis, quæ tecta Jovis subjecta procellis
:xplorent vigiles, pluviâque instante sodales
ıdmoneant, massamque citi sub tecta reponant.
Interea labrum putrefactis vulgus onustum
:xonerat calamis, magnumque attollit acervum
:xsucci fruticis, Vulcani alimenta futurum;
'ullulat unde ferox armata proboscide musca
ıusa manus hominum, pecudumque invadere tergum,
urpureumque fero flumen deducere rostro.
Iinc persæpe manus rorantes sanguine cernes,
:ruraque per gyrum violentis saucia plagis.
)uin etiam levibus deducta per aera pennis
)ccupat audacter penetralia celsa domorum,
nvaditque dapes tetris advecta popinis
)eturpans mensas epulis admixta paratis.
)mnia peste gemunt, mœrent homines que, pecusque.
Jon secus atque olim luco delapsa nigranti
ıvasere Phryges subitò Stymphalia monstra,
c prædata dapes fœdarunt omnia turpi
roluvie, tristique implerunt pectora luctu.
't tamen immitem possit solertia pestem
lectere, & ingratos vitare proboscidis ictus,
egmine turba manus, & lævi crura papyro
ræmûnit; ramosque tholis suspendit ab altis
;lutine perfusos lento, quos densa volantum
)re petat legio, pedibusque infausta ligatis
:romeritas subeat crudeli funere pœnas.

Finis libri quinti.

RU-

RUSTICATIONIS MEXICANÆ

LIBER SEXTUS.

Fibri.

Quid moror astutos telis invadere Fibros (1),
Ac varios animo gentis versare labores,
Ingeniumque sagax, atque altis oppida muris,
Delicias nemorum, ripæq. undantis honorem.
Tu Dictynna potens, gravidis assueta pharetris
Per nemus, & campum Fibros agitare fugaces,
Dic mihi, quæ fuerit cautæ solertia gentis,
Quis labor, & vires, quæ dotes, raraque membra:
Et quos ad fluvium Fibros confixero telis,
Hosce tibi sacras mactabo pronus ad aras.
Occulit in sylvis ingens America vetustis,
Qua Nova-frigentes-Hispania vergit ad Ursas,
Agmina densa feris sylvarum tecta recessu:
Quas inter cautum, præstantique indole Fibrum (2)
Sor-

[1] *Castores.*

(2) *On trouve des Castors en Amerique depuis le trentieme degrè de latitude nord jusqu' au soixantieme, & au delà. Bomare. v* Castor.

Exploratum etiam est mihi, in novo Mexici regno fibros in-

ortitum magnas turpi ſub corpore dotes.
luic ternas vegetum corpus non longius ulnas
lexibiles duplici circumdant ordine crines:
ubter enim durâ rorantes pelle capillos
xilis latitat non major pollice villus,
illus ab auguſto decoratus vertice Regum,
Iollia quòd blando ſuperet prope ſerica tactu.
le caput quadrum, parvoſque attollit ocellos,
xiguamque aurem, quæ ferme clauditur orbe,
t rictum longis mordacem dentibus armat,
obora queis cinctus ſylvis annoſa recidit,
c diris palmas compreſſus morſibus urget.
um natura manus digitis inſtruxit aduncis,
nguibus & digitos munivit provida curvis,
lurima quos vigiles adhibent ad munia Fibri.
ſt alio donat deformes munere calces:
lam teretes fortis digitos membrana revincit,
t magnos quadrupes temnat fluvioſque, lacuſque.
linc etiam miranda tibi rariſſima cauda
ndique multiplici ſquamâ veſtita rigenti,
tque oleo, aut craſsâ ſemper pinguedine fuſa,
(Quam cautus loculis tectis ſub ventre recondit,
t cui *Caſtoreum* dixit de voce Machaon.)
)bſiſtat nocuo prolixa ut cauda madori.
Sed turpes quamvis, inſuetoſque induat artus,
ttamen ingenuos ſortitur bellua mores.
Iinc, nec dente ferox proprios in prælia poſcit
Invi-

entos, paucíſque ab hinc annis in Septentrionali Californiæ arte aliquot fuſtibus occiſos.

Invida quos rabies in ſe commoverat, hoſtes,
Nec nimiâ fragilis pellecta cupidine rerum
Inſomnes dubio nutrit ſub pectore curas.
Non irâ, aut odio, ventriſque furore movetur,
Non rabie ultrici, non curis angitur ullis:
Ac niſi libertas pretioſo tangat honore,
Nulla Fibrum poterit curæ proſternere moles.
Aſt ſi ferratis captivum dextra catenis
Vinciat, aut caveâ ſervet violenta retentum,
Protinus ingenti transfixus corda dolore
Angitur, & querulis caveam clamoribus implet:
Nec prius a tanto ceſſabit bellua fletu,
Quam notos repetat prærrupto carcere lucos.
Hunc etiam placuiſſe Fibris mirabere morem,
Quod vigil ingenium, ſolerſque induſtria ripis
Hoſpitium populo, fluviiſque repagula condat,
Ingentemque urbem tranquillâ pace gubernet.
Vix etenim Phæbus, rapto in ſublimia curru,
Lampade ſuccendit fulgenti Sydera Cancri,
Cum ſubito pecudes, ſylvarum pube coactâ,
Conveniunt, urbiſque parant attollere molem,
Perfugium ſociis, & propugnacula bello.
Explorant ſaltus, fluvioſque, & amœna paludis
Littora, ubi tacitæ frondeſcant arbore ripæ.
Area tranquilli non raro ad fluminis undas
Deligitur; gaudetque amnes habitare juventus.
Ne tamen alluvies ædes inopina revellat,
Concutiat ſocios, urbemque a culmine vertat,
Ante domos ripis ponat quam callida turba,

Obji-

Objicit e truncis denſata repagula rivis,
lluviem ut frœnent, æquataque flumina ducant.
Incipit umbroſum pubes corrodere truncum
ertice ſublimem, ripiſque, undiſque propinquum,
Qui queat adverſum lapſus contingere littus.
orruit annoſum, ſectâ radice, ſalictum,
ppoſitaſque ſuper confidens fluminis oras
dnectit ripam, ceu pons aptatus, utramque.
ittora cuncta ſonant, magnoque excita fragore
æpe cavis Echo reſonat vocalis in antris.
t Fiber impavidus ſalicem tellure revulſam
onſcendit, tenſique recidit brachia trunci.
t ſolet interdum teneris bellator ab annis
undere tela gravi ſonitu raptata per auras:
urba repentino jaculi ſtridore paveſcit;
le tamen ſævos fertur generoſus in hoſtes:
aud ſecus impavido labentis murmura corde
xcipit, & pubes urget nemoroſa laborem.
Impigra mox ripas ſe fundit turba per omnes:
uiſque ſuas explet partes, ſua munera quiſque.
ars findunt teretes frondoſo littore truncos,
ars lentos cædit viridanti ex ilice ramos,
t pars argillæ cumulos humentis acervat.
ervet opus, Sylvamque cohors operoſa fatigat.
t vero prudens operi jam cuncta paravit,
mnia traducit fluvii torrentis ad oras:
ic ramos, hic dente ſudes mordace prehenſas,
ic vehit argillam ſinuatæ ſyrmate caudæ;
ætera quæ pubes vectat feſtina ſub undas,

Pontis ubi molem ripæ ſtupuere ſaligni,
Cunctaque ſudanti populo ſtudioſa miniſtrat.
Ad ſalicem denſo glomerantur in agmine fabri
Objectare vagis meditata repagula rivis.
Intrat inacceſſas pubes animoſa ſub undas,
Quâ ripas nectit tenſum ſuper alta ſalictum,
Et ſubtus manibus fundum cavat illa fluenti,
Ungue quoad rigido foſſam confecerit altam.
Cætera tum pubes longâ ſuper arbore ſidens
Robora ſubjectis immergit pinguia limphis,
Dum merſum foſſor, directâ cuſpide, tignum
Includit foveæ, circumque adſtringit arenam.
Tigna ſolo ſidunt, feriunt ſed vertice pontem,
Pondere qui molem fluvii defendit ab ira.
Ut primam fixere trabem ſub ponte juventus,
Unguibus ulterius fodiunt, & cætera figunt
Tigna ſolo, flumen donec premat ordine recto
Truncorum feries, totamque interſecet undam.
Fixa dein teneris adnectunt robora ramis,
Argillâque opplent objectæ molis hiatus.
Mox aliam atque aliam præciſâ ex abiete firmant
Arboream ſeriem, ramis, ac glutine vinctam,
Nullam quæ preſſi guttam ſinit ire fluenti.
    Præterea moles raram ſortita figuram,
Adverſis quà firma trabes objecerat undis,
Dejectu facili declivis conditur amne.
Quà vero rapidum tignis detrudit ab altis
Torrentem, moles elatâ fronte ſuperbit.
Hinc patulâ videas denas radice per ulnas

Ex-

xtendi, ternasque superbo vertice molem.
ɔx super argillam, ramosque, & robora claustri
ptatos aperit pubes operosa meatus,
uos minuente premit, crescentique explicat amne,
bluat ut ripas æquali flumine rivus.
c veluti pelagi cum gens prædives in undis
aucibus e ruptis altam prope littora molem
bjectat ponto, lembisque exponit asylum:
le minax crebro molem diverberat æstu,
ec tamen adversam potis est abrumpere meram:
laud aliter Fibri spumantia flumina frænant,
i quando laceret contexta repagula limpha,
iruat aut pravus venator calce frequenti,
ngestis acies ramis eversa resarcit.
His ubi turba citum compressit sedula flumen,
lagnificam genti, munitamque extruit urbem,
ittus ubi plenum frænatas exhibet undas.
rotinus in parvas legio divisa cohortes
rgillam ripis, ramosque, & fragmina rupis
olligit, & raro condit penetralia cultu
ɔsa super vitrei stagnantia littora rivi,
luat ut semper tranquillo mœnia lapsu.
æc manus ovatam laribus dat gnava figuram,
la domos gaudet muris habitare rotundis;
Jtraque firma tamen tecti fundamina ponit
rgilâ, & saxis, truncisque innexa recisis
t quæ ventorum ludant immota furorem.
linc ulnis binis pingues mirabere muros,
c multos tectum ripa firmare per annos.

Nobilis in varios ſedes diſtincta penates,
Infernas, ſuperaſque ſimul complectitur ædes,
Aptaque ſolerti præbet penetralia turbæ.
Horrea præterea tuta intra ſepta domorum
Exhibet; at ſemper populi ſecreta cubili.
Hæc binæ decorant inſueta palatia portæ,
Altera, quæ fluvii compreſſas reſpicit undas,
Altera, quæ lucos offert adverſa ſilentes.
Ampla tamen fluvio ſemper convertit hiatum
Sedula quam muris concinnat turba, feneſtra.
Deſuper hanc molem fornix curvatus obumbrat
Textilibus ramis, udâque adſtrictus arenâ,
Quem neque præcipites diſſolvunt fluctibus imbres,
Nec rapido ſævæ verſant Aquilone procellæ.

Quin etiam pubes grati ſtudioſa nitoris
Perpolit agreſti tectorum mœnia luxu.
Quare udo manibus limo per rura coacto
Conficit experti mixtum durabile plantis,
Irroratque domum caudâ, duratque, politque.
Ut ſolet interdum penetralia celſa potentum
Obturare opifex, muroſque, & tecta polire,
Turpibus obſiſtant auratæ ut ſordibus ædes,
Ocyus aut labes lævi de fornice pellant:
Haud aliter Fibri, nitido gens inclyta cultu,
Flumineis quærunt laribus, ſervantque nitorem.
Inde locum gnavi propria intra mœnia lectum
Obducunt, ramiſque apte frondentibus ornant.
Gaudet enim luco pubes aſſueta virenti
Lucorum ſpeciem juxtà intra tecta locare.

Non

Non ita formoſo magnatum tecta decore
Reſplendent, muri quamtumvis ſerica geſtent,
Argentumque, aurumque unà laquearia velent.
Si quando tantis operis vexata juventus
Viribus effætis ſuccumbat fracta labori,
Provida tunc ſociis occurrunt agmina feſſis;
Ac totum ſubito pondus deponere juſſis
Indulgent placidâ vires renovare quiete.
Ut vero finem tectis poſuere ſuperbis,
Privatæ ſtudio vitæ nudata caterva
Tota ſodalitio rurſus ſe prompta reſignat.
Prænoſcit luces, menſeſque experta futuros;
Horrida queis campos devaſtat frigore bruma,
Albeſcunt frondes, glacieque aſperſa rigenti
Sæpe gelu torpent prærrupto flumina curſu.
Arida tunc abies, umbraque exuta comanti
Nulla requirenti demittit paſcua Fibro.
Hinc ne tota ruat miſero reſpublica caſu
Impigra dumoſos perluſtrant agmina ſaltus
Pabula mature rigidis lectura pruinis.
Quiſque ſuum ſectatur iter; fuſique per arva,
Ocyus ut virides populentur frondibus agros,
Diverſi diverſa petunt, quà lucus odorus,
Ruraque ſollicitos allectant frondea truncis.
Hic teneros vellit florenti ex ilice ramos,
Hic truncos avidus vernanti cortice nudat,
Exuviaſque omnes nemoris ſub tecta reponunt.
Turba dein complet dapibus de robore ſectis
Horrea vaſta domus ſocio fabricata labore,

Ordineque arboreas epulas inſomnis acervat,
Aptius ut ſocii lucorum fruſta reſumant.
Qualis ubi albenti ſuccidit rure colonus
Immenſam ſegetem, tectumque opplevit avarus,
Atque alias aliis imponens cautus ariſtas
Rite locat tectis numeroſum meſſis acervum:
Haud ſecus optata replet cum bellua fronde
Horrea, conciſos diſponit in ordine ramos.
His tandem magno populi ſudore peractis,
Quæque cohors proprios habitat tranquilla penates.
Quatuor hæc cives, ſenos domus illa recludit,
Biſque ſimul denos tectum quandoque tenebit.
Utque annos pubes reveretur prona ſeniles,
Infirmis ſuperas linquit ſenioribus ædes,
Infernaſque ſibi tribuit moderata juventus.
Natio tunc placidæ cedit nemoroſa quieti,
Pabula depaſcit communi credita tecto,
Et prolem gaudent ſimilem generare parentes.
Nulla domos unquam præceps diſcordia miſcet,
Nulla movet pravas contentio turbida lites;
Nec fœdis unquam ſpoliantur tecta rapinis,
Sed cives almâ tranquilli pace fruuntur.
Quod ſi quando domûs ſolers granaria latro
Impetat alterius, meſſiſque expilet acervum
Aut turpare lares immundis ſordibus auſit,
(Quippe aliqui peccent, ingens ubi turba, neceſſe eſt.)
Pellitur ille domo, perditque urbemque, domumque
Compulſus nemorum rigidos habitare receſſus.
Interea populus fluviali ſede relictus
Al-

Alternis corpus vento recreabit, & amne.
Nunc ſiquidem patulis effundit membra feneſtris,
Jucundaſque capit, Zephyris halantibus, auras,
Nunc gelidas fluvii poſtica immergit in undas
Membra cohors, ulnaſque feneſtræ in limine ponit.
Sic ignava diu pubes operoſa laborem
Præteritum ſarcit, limphiſque refrigerat artus.
Quælibet at legio proprios educere fœtus,
Progenieque novâ certat protendere gentem.
Fœmina conſtanti ſemper jucunda marito
Poſt quatuor Lunas, cum terris bruma receſſit,
In lucem mittit partus enixa gemellos,
Ni ternos conjux generet fœcunda parenti.
Educat illa genus laribus ſubducta benignis,
Progenies donec matrem jam pone ſequatur,
Eliciatque ſuo teneras e limine plantas.
Tunc ſociata novâ genitrix ſuaviſſima prole
Sedula vernantes, legio ceu cætera, lucos
Advolat, & cruſtas truncorum paſcitur udas.
Impiger at genitor, ſimul ac vernantia flore
Prata novo rident, tectis ſe ſurripit altis,
Crudeliſque domi ſobolem cum matre relinquit.
Nec repetit caros gens errabunda penates
Ni Libram ſolito Titan fervore reviſat.
Sæpe etiam placidis fluvii de finibus acti
Apricos habitant campos, ſylviſque pererrant,
Quos ſocii exilio damnant ob crimina cives.
Aut quos compellunt venantes, urbe relicta,
Et ripâ, & caris pavidos excedere tectis,

Palantesque diu lucos habitare silentes.
Hæc ubi turba subit, tantum aversata periclum,
Nec fluvios deinceps frœnat, nec limina condit,
Sed contenta vadis habitat dispersa cavernas,
Stagna queis solers addit torpentia pubes.
Semper enim foveam rivi labentis ad oras
Effodiunt Fibri, blando qui flumine limen
Irroret, propriâque fluat gravitate sub antrum.
Hic Fiber undanti corpus refrigerat amne,
Et vitam degit nigris extorris in umbris.
Dum tamen egregiam placidus Fiber incolit urbem,
Aut antro latitat patriis expulsus ab oris,
Exciti sævi variis de finibus hostes
Mœnia perturbant, miscentque timore recessus.
Sic Vulpes, sic Marta ferox, Carcajus, & Ursus,
Plebs armata minis, cæcoque agitata furore
Imbellis valido laniabunt viscera morsu.
Acrius at nullus Fibrorum castra fatigat,
Quam violentus homo, telis metuendus & astu.
Hinc pecus in sylvis arrectis auribus astat;
Et simul ac cupidas hostilis fertur ad aures
Rumor, qui fluvio forsan demersus in alto
Membra lavat socius, caudâ diverberat amnem,
Insuetoque urbis sonitu penetralia replet.
Angitur imbellis trepido respublica signo,
Et magno miscens sublimia tecta tumultu
Turba ruit pavitans foribus festina superbis,
Tuta petit cursu, pedibusque ignava salutem
Quærit, & impendens vitat versuta periclum.

Nam

am quamvis ſubito moveatur prompta fragore,
afra tamen technis hoſtem deludit acerbum.
allida rimatur, quà ferreus hoſtis in urbem
'endat; num ſylvas penetret, num flumina tranet:
etia ſi norit lucorum tenſa latebris,
rripit illa fugam fluviali concita portâ,
c ſubmerſa vado vitrei petit ima fluenti,
vaditque necem celeri gens cauta natatu.
ppida ſi vero tranando territet hoſtis,
rotinus adverſis excedunt agmina valvis,
elaque diffugiunt obſcuris abdita lucis.
ec reduces flumen, tectumque amiſſa redibunt,
i prius e notis hoſtis deceſſerit oris.
Quare opus eſt rigida Fibros invadere brumâ,
um nix algenti prætexit vellere campos
uminaque Alpinâ glacie concreta rigeſcunt:
ens præcincta viris linquit nemoroſa penates,
t quà duratum flumen recludit hiatus,
uos dudum tacito venator foderat aſtu,
olvitur in fluvium, tectiſque adlabitur undis.
enantum ripis patienter turba moratur,
t fraudes gaudet pecoris tolerare ſagacis.
ox niveas amnis præpes diſperſa per oras
ccupat abſciſos latitans ſub fronde meatus:
um vero gelido diſcedunt aggere Fibri,
erque cavum feſſi tollunt capita alta foramen,
btruncat ſubito venator colla bipenni,
ut manibus certe per mollia crura prehenſam
xtrahit inſignem concreto e gurgite prædam

Mul-

Multa reluctantem, fatumque aſtumque gementem.
Territus at crebro venator frigore, & imbre
Munitos renuit cives invadere ferro
Retia contentus vafræ diſponere genti.
Explorat prudens, quâ degant agmina ſylvâ,
Quos inhient paſtus, quas undas illa frequentent:
Et queis adduci cruſtis, Fibrumque teneri
Comperit, hiſce ſagax venator retia tendit.
Advolat ille plagis menſæ pellectus odore
Infelix, fraudem imprudens nec ſentit iniquam:
Sed dum mella vorax exſecti corticis haurit,
Incidit in laqueos tectos ſub fronde malignâ,
Implexuſque gemit luco ſine fine ſub alto,
Venator donec compreſſi colla bacillo
Comminuat, jugulumque ferus mucrone recidat.
Qualis ubi nurui demens aconita noverca
Præparat in cyatho, cyathumque urbana propinat;
Illa dolum potat, tantique ignara pericli
Funus inexpletis deglutit faucibus atrum:
Non aliter falſo decepti munere Fibri
Tranquillam mutant violento funere vitam.
Sæpe tamen laqueis aſtutam fallere gentem
Venantes tædet, magnoque angore fugacem
Exſpectare diu, ſylviſque abſumere luces.
Hinc juvat umbroſos canibus præcingere ſaltus
Verſutoſque procul cives invadere telis.
Ut ſiquidem pavidos fidi cinxere moloſſi,
Fulmineum ſubito jacitur magno impete plumbum,
Effunditque ſolo morientem vulnere Fibrum.

Caſtoreum primùm quatuor medicina crumenis
Extrahit, ægrotis aptum latura juvamen;
Quod mox in tetrum deformat cana venenum
Omnia quæ facile ſuevit mutare vetuſtas.
Membra dein pecoris pretioſo vellere nudant
Venantes, ſpoliiſque feræ vaga turba potita
Nunc caput elatum cingit, decoratque galero,
Nunc caligas feſſis ſubtiles cruribus aptat,
Nunc etiam toto pellit de corpore frigus.

Finis libri ſexti.

RUSTICATIONIS MEXICANÆ

LIBER SEPTIMUS.

Fodinæ
Argenti atque Auri.

JAm mihi viſa lacûs fluitantia rura per undas;
JAm juga *Xoruli* ruptis flammata caminis;
Et ſalientis aquæ magno cataracta fragore;
Jam Coccum legi, Tyriumque, Indumque nitorem;
Arduaque aſtutis poſui penetralia Fibris:
Nunc cœlum linquo, nunc terræ lapſus ad ima
Aggredior cantu, Plutonis regna, fodinas;
Regna refulgenti ſemper radiata metallo,
Et quæ divitiis complerunt prodiga mundum.
Tu, qui pennatis telluris viſcera plantis
Sæpe ſubis, clarâ munitus lampade dextram
Advenias, monſtreſque viam, lumenque miniſtres,
Obſecro; dum cæcos libeat luſtrare receſſus,
Argentumque, Aurumque, & ſubterranea regna.
Tollitur occiduâ telluris parte ſupina
Clivorum ſeries, ſeries longiſſima viſu,
Radices totum patulas diffuſa per orbem,
Et quæ mole gravi prolixam ſubſecat oram.
Orta ſub Auſtrali rerræ naſcentis arenâ

Con-

'ontinuata jugis Scythicam decurrit ad Urſam
ınumeros glomerans ſublimi vertice montes,
Iunc pulchros ſylvis, rigidos nunc undique ſaxis,
Iunc etiam piceas efflantes ore favillas.
Iinc atque hinc vaſtæ diffundunt æquora valles
ontibus undantes, ſimul & fluvialibus undis,
uas ſequitur pleno Cerealis copia cornu.
ualis odoratis pater Apenninus in arvis
ollitur in cœlum, tractuſque interſecat omnes,
quora nunc dextrâ fundens, nunc ille ſiniſtrâ,
unificuſque vagis ditat pomaria rivis:
on ſecus immenſos ſeries montana per agros
ınditur, occiduaſque plagas ſinuata recidit.
is opulenta jugis omnes America fodinas
cculit, educitque nitens operoſa metallum.
Quæ ſi magna tibi ferro terebrare cupido,
nte latebroſi findas quam viſcera montis,
æſtat inacceſſas terræ diſcernere venas;
uæ ferat argentum, quæ fulvo competat auro,
t quæ promittat gravidum pro munere plumbum.
uippe ſuperficiem telluris vena ſupremam
onſcendit, gaudetque caput ſupponere dio.
ıde per occultos nigrâ caligine tractus
inditur in partes, diverſaque brachia tendit,
unc rectà effundens montis per viſcera ramos,
unc demiſſa ruens centrum telluris ad imum.
uin etiam late multas extenſa per ulnas
ultiplici quandoque riget ſtipata ſodali,
iverſis abdens theſauros improba cruſtis,

Hinc

Hinc primum bibulæ cruſtâ ſociatur arenæ,
Dein al â plumbi, flavæ tum tegmine terræ:
Mox recludit opes, quas aut fornace ſolutas
Excipias, aut quæ nequeant par eſſe labori
Merces; theſauri donec tibi copia manet
Argento vivo e rupe elicienda tenaci.
Divitias perſæpe ſuas dabit altera vena
Purior, & cruſtis nuſquam comitata moleſtis;
Sed quæ mordaci nunquam duriſſima ferro
Cedat, Vulcani tantum ceſſura furori.
Quod ſi læſa ſilex primum ſolvatur ad ictum,
Ocyus immenſis undabunt oppida gazis. (1)
  Ut tamen argenti venas novere periti,
Incipiunt montem duro perrumpere ferro,
Effodiuntque ingens repetitis ictibus antrum.
At quæ principio clivo traxere cavato
Invenies paſſim latum neglecta per agrum.
Nam quamvis aliquæ dederint opulenta ſodinæ
Saxa ſub ingreſſum, reliquæ dant paucula grana
Argenti, nunquam faciendis ſumptibus æqua.
Divitias magnas tellus ſub corde reſervat,
Prodiga queis altùm fodientes ilia ditat.
Hinc omnes ferro certant penetrare profunda,
Theſauros donec reddat cum fœnore tellus.
  Ut vero collis reſerat labor ille latebras,

Alta-

(1) *Debueram venarum ſigna in medium adducere. Sed cum ab optimis quibuſque metallariis ea omnino incerta eſſe noverim, unoque experimento dignoſci, ab iis abſtinere conſultius habui.*

taque reſcindit ſudans operarius antra,
ligant omnes horrendæ noctis in umbris,
ullaque per ſectas apparet ſemita rimas:
s titubat trepidus, nec fas eſt tendere greſſum,
edum conſueto paulum indulgere labori.
inc opus accenſis operam præcedere tædis,
orrenteſque prius facibus pulſare tenebras,
iam labor aſſiduo findat præcordia vecti.
lvitur in tectum piceo glomeramine fumus,
nnia qui nigrâ ſubito fuligine turpat:
greſcunt muri, tectumque, & ſtrata cavernæ,
ſſoreſque brevi corpus nigrantur, & ora.
id vero non cogat opum veſana cupido?
iſtunt operi, facibuſque hinc inde locatis
grantes penetrant aditus, muroſque fodinæ
bus abrumpunt crebris, impreſſa ſecuti
tra per & rupes nitidæ veſtigia venæ.
  Ne vero collis, ſectâ radice, ruinâ
rruat infandâ, tumuletque repente ſub umbris
ſſores, pubes ſubmiſſo robore tectum
cipit, & cameras montis per opaca recurvat;
rigeat locuples immoto pumice clivus:
nc ſatis eſt arcûs tecto donaſſe figuram,
vacet amotis operi gens dura periclis.
  Rupibus abſciſſis, tenebriſque ab luce fugatis
vitias perſæpe jugo deturbat ab alto
ida præcipitem mittens fortuna laborem.
fidens animis terræ deſcendit ad ima
patiens plebes ſcalarum munere venam

Per-

Perſequitur, retegat donec jucunda metallum.
Quod ſi iterum præceps theſaurus volvitur orco,
Se præceps iterum pubes demittit in orcum.
Hinc magnas ædes imitatur ſæpe fodina
Infernos complexa lares, complexa ſupernos,
Et vaſtis ſuffulta per intervalla columnis
Arte laboratis, ipſaque e rupe reciſis,
Quas domino nunquam licuit contingere ferro,
Argento quamvis fulcrum prædives abundet.

Aſt ubi congeriem theſauri turba retexit,
Conſiſtit, magnamque fodit ſub colle cavernam,
Immenſiſque vigil ſuſtentat culmina fulcris,
Ne collapſa ruant, pereatque oppreſſa juventus.
Tunc operam prudens partitur cuique Magiſter:
Alter enim tædas dextrâ, lumenque miniſtrat,
Alter inacceſſos proſcindit cuſpide muros,
Et legit e muris alter ſalientia fruſta
Secernens pingues recto diſcrimine cautes.

Foſſor opes primum, puero præbente lucernam,
Verberat, & multis lapidem quatit ictibus unum.
Saxa gemunt intus teli contuſa rigore
Totaque terribili reboat ſpelunca tumultu.
Ceu quondam Siculi maſſam Cyclopes ahenam
Ætnæis valido tractant conamine in antris,
Concutiuntque nigras magno ſtridore cavernas.

Quod ſi prava ſilex chalybi obdurata reſiſtat,
Amne reluctantem vincit conſtantia gentis.
Lucifer algentem buccis turgentibus undam
Colligit; & foſſor teretes dum more lacertos

Tol-

Tollit, quas tenet ore puer jacit impete limphas,
Missile flumen aquæ toties jaculatus ab ore,
Ille gravem quoties vectem suspendit ab ictu,
Saxa quoad tandem muro madefacta revellant.
His vexata silex rabidam se fundit in iram
Exitiumque viris, fatumque intentat acerbum.
Vix etenim frendens, ruptâ compage, dehiscit,
Cum tetrum quandoque vomit furibunda vaporem,
Qui vitam citius lethali vulnere rumpit.
Ut tamen e secto fossor cognoscit hiatu
Surgere densatum lento glomeramine fumum,
Corripit e muro corpus, properusque recedit,
Mortiferæ donec fossæ vapor ora requirat.
Si vero immotus sistat, paulumve moretur,
Protinus infelix fato concedit iniquo.
Non secus atque olim limphâ pollutus Avernus
Ore venenatam revomens ad sydera nubem
Infandâ superas mactabat cæde volantes,
Ni peterent aliud sinuato tramite cœlum.
Sin autem rupes ausint non cedere rivis,
Tunc decet omnino, scalprum superare rebelles
Armatum chalybe, ac lævi mucrone coruscum;
Quod bini versant juvenes, urgentque laborem.
Hic etenim dextrâ lucentia spicula adaptat,
Hic quatit a tergo repetito vulnere cælum,
Et puer interea silicem rigat ore gementem.
Hisce altum terebrant dura sub rupe foramen,
Quod plus dimidio solertia pulvere complet
Sulphureo, reliquum sabulo impletura rigenti.

Mox ingeſta premit, denſatiſque ictibus urget,
Dum cautes ſimulent, pulſuque aſtricta rigeſcant.
Aſt pulvis ſemper preſsâ conſtrictus arenâ
Sulphuream pariter, longamque foramine caudam
Demittit, rapidis arſuram poſtea flammis.
Huic foſſor tæda confeſtim ſubjicit ignem,
Ac pernice fugâ præſens vitare periclum
Præcipitat, vaſtas condens ſe pone columnas.
Tum montana ſilex ingenti exploſa fragore
Emicat, & ſaltu diverſa in fruſta dehiſcit.
    Sæpe etiam cælo montis duriſſima cruſta
Obſiſtit, gaudetque omnem deludere niſum.
Aſt infracta cohors tædis accingitur atris,
Lignorumque altum rupi ſupponit acervum,
Igne reluctantis crudum victura rigorem.
Nocte, dieque nigri collis penetralia fumant,
Ætneo donec cautes ſuperata furore
Quod gremio celat, tradat ſubmiſſa metallum.
    Indubium verò vitæ diſcrimen adiret,
Fumantem quiſquis vellet penetrare fodinam.
Inde prius cautè pubes luſtrare receſſus
Cogitur; an fumus penitus deceſſerit antris,
An potius pravo condat ſe callidus aſtu.
Nam ſolet interdum foveæ petere arduus alta,
Immotuſque diu ſubter convexa latere.
Cum vero præpes foſſis immiſſa juventus
Imprudens clauſum celeri movet aera greſſu,
Paulatim fumus ſumma de caute revulſus
Omnia pervadit vaſtæ penetralia foſſæ,

Suf-

Suffocatque brevi compreſſo gutture plebem.
His mulctata jugi nigrantia viſcera pœnis
Argenti ſubito ſcopulos, aurique profundunt,
Quod ſurſum prompti demiſſo corpore geſtant
Adnixi ſcalis vulgus, queis cura gerendi;
Grandibus aut potius taurino e tergore peris
Includunt, peramque jubent ad culmina tolli.
Nam ſimul ac ſudor penetrat præcordia montis
Ulterius colles opus eſt terebrare cavatos,
Auris ut captis pulmo prælargus anhelet,
Ac tædas flatu paſcat mutabilis aer,
Utque dein patulo demiſſus reſtis ab ore
Saxea montanis abducat fruſta cavernis.
Hinc plebes rectà terebrant a culmine collem,
Viſcera perfodiunt, rectoque foramine tendunt,
Præcipuam donec contingant cuſpide foſſam,
Aera permutent antris, Solemque miniſtrent.
Deſuper artifices barathri nigrantis ad ora
Conſtituunt vaſtas ſylveſtri rupe columnas,
Antlia queis magnis trabibus compacta locatur
Ingenti circùm, tortoque incluſa rudenti
Armato paſſim vacuis è pelle cylindris.
Cumque gravis levibus verſatur machina mulis
In gyrum ductis, velox temone rotato
Altera pera cavi fauces aſcendit hiatus,
Altera dum ſectæ fertur ſubducta fodinæ.
His pubes alto lapides e colle revulſos
Elicit ad ſuperas, lignis ſtridentibus, auras.
Sepe tamen largi lacero de pumice rivi

Emanant, multiſque replent ſpelæa fluentis,
Obvia quæ grato obſtant importuna labori.
Quin etiam ſectas undanti fonte cavernas
Opplerunt quandoque amnes, quos tollere foſſis
Antlia nulla ſatis ſitulo munita frequenti:
Hoc ſiquidem collis ſudabat largius undis,
Quo mage limoſos potabat machina fontes.
Tunc decet ingeſtis foveam concludere ſaxis,
Ni veſanus opes, vitamque abſumere malis.
    Eſt tamen interdum, magnæ cui copia gazæ,
Qui collem tranſverſa ferit, per viſcera largum
Effodiens aliud, ſciſſa radice, foramen.
Radicem terebrat montis, Magneteque cæcam
Demonſtrante viam penetrat præcordia ferro,
Antra quoad gelidâ vectes undantia rumpant,
Excedantque ſuo compulſæ pondere limphæ,
Æquora perfundant rivis, antrumque relinquant.
    Quod ſi rupta fluat non multo flumine rupes,
Ciſternæ ſimilem limphis aptare receſſum
Eſt opus; inque ſolo puteum reſerare profundum,
Quò proprio nocui ſalientes impete rivi
Accurrant, foſsâque omnes glomerentur in unâ,
Sub longi omnino, rectique foraminis ore.
Deſuper interea ſitulis aptare rudentes
Eſt opus; ut verſis acri ſub verbere mulis,
Ima petat putei ſitulorum mobilis ordo;
Quos cœlo deinceps ſtridenti mole reducat
Antlia, turgenti vomituros ventre fluenta.
    Si tamen huic renuat puteo ſuccedere limpha

Quod

uòd multis ſubmiſſa ulnis tranquilla reſidat;
ltera torpentes attollat machina fontes
iteriora ſuper ſpeluncæ ſtrata repoſta;
uam pariter muli, ſubducti faucibus antri;
ıſtructam ſitulis ipſo ſub colle rotabunt,
iſternamque brevi replebunt tempore rivis,
ntlia quos labris educet prima ſupernis.
In ſuperum limphis eductis aera fundo,
;nibus, & ferro foſſor ſub colle labori
nſiſtit, dorſoque ferunt ad montis hiatum
)mnia conciſæ vectores fragmina cautis.
)eſuper aſſiduus, patuloque ſub ore fodinæ
ıſomni portam cuſtos ſtatione tuetur,
idus ubi collis recipit fragmenta cavati,
t multis largè ſuccurrit promptus egenis:
Junc animis fruſtum lapidis purgantibus offert,
Junc Divis, Verboque Patris, caſtæque Parenti;
)onaque largitur vexat quos triſtis egeſtas.
;ætera malleolis plebi ſcindenda reſignat;
)uæ ſaxum ſaxo ſecernit divite vanum,
ıtque aliò vectat madidis ſub pondere mulis,
Eruat ut venis theſauros arte peritus.
Cum vero domino penſum ſolvere diurnum
'oſſores, avidi rurſus ſibi quiſque laborant,
)ilaniant rupes; ac terræ viſcera findunt,
ngentemque ſibi cumulabunt cautis acervum.
'oſtibus advectum ſuperis ad limina cuſtos
Excipit, & fidus medium disjungit apertè,
Inque duas æquo reſecat diſcrimine partes.

Ante omnes foſſor partem ſibi deligit unam,
Et cuſtos aliam domino ſub tecta reponit.
Interdum pueri (*Vulpes* quos improba plebes
Nominat) horrendi ſubeunt penetralia collis
Fruſtula lecturi cæco ſub monte relicta,
Sed monſtranda dein cuſtodi ad limina foſſæ,
Omnia qui rurſus partes ſecernit in æquas.
Provida ceu quondam pingues formica per agros
Incedit, cogitque relicti farris acervum:
Haud ſecus imbellis luſtrat ſpelæa juventus.
Aſt, ſi quod poſſunt, fruſtum ſibi quiſque reſervat,
Lucifer, & pueri, foſſorque, humeriſque vehentes
Peras, abſconditque ſagax induſtria furtum,
Horrenti quamvis pellatur turba fodirâ,
Ni prius e toto detrudat corpore veſtes,
Conceſsà tantum quæ ſervat caſta pudorem.
Hac tamen effoſſor celat ſub veſte lapillos;
Alter in effictis crudeli vulnere plagis;
Et rigidis alter prætexit fruſta capillis.
Janitor at ſolers attento examinat ore,
Perluſtratque diu velamen, vulnera, crines:
Quæ reperit domino furtim ſublata reſervat;
Quæ vero latuere, ſibi fur jure recondit,
Quin domino deinceps pœnis urgere latronem,
Aut raptata ſibi liceat depoſcere fruſta.
Scilicet has ſemper fodiunt mercede cavernas
Impatiens tolerare jugum ſæx infima vulgi:
Quos inter multis, gravibuſque obnoxia pœnis
Improba gens latitat, plebique admixta laborat.

urpibus addictum pœnis ob crimina furem,
rudelesque manus rorantes sanguine cernes,
t qui perfectæ ruperunt vincula vitæ,
audentes potius tetros habitare recessus,
uam sacro submissa jugo supponere colla.
st scelus in tuto, gestit sine vindice crimen,
ec loca Prætor adit pœnâ exercere nocentes,
i velit ingentem turbam, Martemque ciere,
c vitam sævâ campis effundere pugnâ.
æc circum tetras habitat scelerata fodinas,
ivitiasque parat congestis turba metallis;
uæ subito ad fossæ nigrantia limina vendit,
eu merces fuerint proprii condigna laboris,
eu potius fœdis nuper sublata rapinis.

Finis libri septimi.

RUSTICATIONIS MEXICANÆ

LIBER OCTAVUS.

Argenti, atque Auri Opificium.

Poſt ſectas dudum magno ſudore fodinas
Protinus advectas opulenta in prædia cautes
Comminuam, ſaxiſque vigil conabor avaris
Eruere argenti pretioſum pondus & auri,
Ac totum partis orbem complere talentis.
Tu, quæ mærentes oculis, Fortuna, ſerenis
Aſpicis, & velox gaudes ſuccurrere lapſis,
Aſpice terribili languentem membra labore,
Impenſaſque diu tanto conamine curas:
Promiſſas quondam gazas mihi fida reſerva,
Rupeque contritâ theſauros dextra revelle:
Et gemmas dum terra ferat, dum gramina campus,
Delubris ſuſpenſa tuis mea vota videbis.
Sunt procul a foſſâ florentes divite fundi
Chortibus inſignes vaſtis, ac dulcibus undis,
Porticibuſque amplis, celliſque, & grandibus aulis,
Acer ubi magnas fornaces ignis adurit,
Et piſtrina gravis, firmataque machina ferro
Oſſa terunt collis nitidis fœcunda metallis.

Huc

uc montana vehunt nervoſi fragmina muli ,
ſpera quæ rurſus magnis exſcindere clavis
otinus aggreditur plebes, reſciſſaque pulſu
iſtrahit in parvos , ſaxo frendente , lapillos .
His vero ſcrupis iterumque iterumque terendis
rdua conſurgit ferratis machina pilis
onderis ingentis , lucentique ære coruſcis ,
uam circum mulæ curſu pernice volantes
ut gravido motant labentia flumina caſu.
ſſidue impubes palis armata juventus
ubjiciunt pilis parte ex utraque metalla ,
tibus ut crebris citius domet horrida ſaxa ;
tque aſprum moles flectat verſata rigorem,
xilem donec reddat contritus arenam ,
t tenuis volitet ſecto de pumice pulvis.
unc capſæ excipiunt pilarum pondera juxta
n longum poſitæ , fortique ligamine moli
ixæ , quas operit cautè tenuiſſima tela
x ære in filum ducto denſata peritè.
Improbus ille labor pueris diſcrimina vitæ
æpe tulit , miſeros properata morte trucidans.
ulvis enim patulis incluſum naribus altum
ervadit cerebrum , pectuſque adlabitur imum ,
ernaque vernantem vitam poſt luſtra reſolvit .
uare opus eſt pretio pueros conducere magno ,
uſint ut tantum vitæ diſcrimen adire .
Saxea ſi quando ferratas fruſtula plagas
ffugiant , piliſque rebelli mole reſiſtant ,
æc piſtrina domat replicatis orbibus acta ,

Dum

Dum tenuata gravi ſinuati pondere ſaxi
Se tollant flatu, tenuis quaſi pulvis, ad auras.
Hæc ubi trita diu volitant tenuiſſima vento,
Excipit æquato ſubito vaſta area dorſo,
Vulgus ubi attritis ſaxis effingit acervos,
Humectat limphis, madidoque ex pulvere cœnum
Conficit, & plenis aſpergit deinde ſalinis.
Poſtera lux terris ut Phœbi lampade fulſit,
Calce terit denſâ craſſum ſalſugine limum,
Admiſcetque ſali præfixo tempore vulgus.
Tunc omnes limi languores arte peritus
Explorat morbis crebro torpentis acerbis;
Scilicet, an gelidis tabes cruciatibus ægrum
Urgeat, an potius peſtis febrilis adurat. (1)
Hinc *vivo argento* ſalſum cratere reſolvit
Limum; dein prudens miſſis examinat undis,
Undique vaſa movens, acto in contraria limo.
Tum digito preſſum ſubſidens vaſe metallum
Incipit algentis plumbi ſimulare colorem,
Et gelido limum morbo languere revelat.
Aſt ſi lacte fluat, turbetque albedine limphas,
Ægrotum retegit magnâ tabeſcere febri.
Sed morbis præſens aptat medicina levamen.
Cœnoſum frigus vexet ſi forte metallum
Doctus Apollineâ gelidum fovet arte Machaon.
Saxa cupri contrita diu ſale condit acerbo
Ira-

(1) *Hac eadem metaphora tamquam artis propria metallarii utuntur.*

atis mixtum coćturus poſtea flammis,
onec aquæ infuſum tabum, ſaniemque referre
iderit, ac tetrâ fœdare putredine fontes.
unc ægrum rutilo tendit ſub Sole trementem,
eſuper aſpergit cuprum, morbumque repellit.
Tardius ægroti migrat de corpore febris:
am ſimul atque ægrum cognovit chorte jacere,
rgentum-vivum dextrâ capit ille peritâ
ortiter arćtatum denſatis pećtine telis,
t binis valide compreſſo e tegmine palmis
randinis in morem diſcedat vividus imber
arbaſeos penetrans, ſciſſa compage, meatus.
oc madefaćta gravi perfundit rore metalla,
rgentoque lutum fœcundat foſſile *vivo*.
ox ſapiens medicus nocui non immemor æſtus
æoniâ combuſta levat præcordia calce.
Ocyus ingreditur plantâ calcare frequenti
urſus turba lutum, permiſcens cœna medelis,
ontinuatque dies pravum bis quinque laborem.
t ſolet interdum tumidis undantia botris
tringere præla diu, pedibuſque urgere racemos
urba, quoad fluido roret vindemia Baccho:
aud aliter pravo ſudori aſſueta juventus
hortibus in vaſtis crebro pede calcat acervos.
ſt ubi quiſque lutum contrivit præpete plantâ,
ontinuo in conum cumulum gens provida cogit,
mpoſitâque notat coni ſuper alta papyro
Argenti vivi pondus, cuprique, ſaliſque.
Cum vero mixti, revolutis lucibus, optat

Ex-

Explorare gradum, vireſque probare magiſter,
E cumulo raptum limum diſſolvit aquali
Perfuſum gelidâ. Dives deſcendit arena
In fundum ſubito, cœno ſuper alta relicto;
Quod profundit humi, prono cratere, peritus,
Et cautâ ſabulum fidens examinat arte,
Vaſcula nunc dextræ inclinans, nunc ille ſiniſtræ;
Argenti donec limbus retegatur ad oras
Jactati ſabuli. Limbum mox pollice calcat, (2)
Obſervatque vigil, digito num fimbria preſſa
Argento ſudet *vivo*; num ſicca receptum
Hauſerit, & nullâ roret tunc urceus undâ.
Si nil ſicca fluat, rurſus perfundere *vivum*
Eſt opus *argentum*, & rurſus calcare metalla.
Integrat hæc eadem prudens tentamina rector,
Dum dives gravido deſudet flumine limbus.
Si tamen *argento* compreſſa lacinia *vivo*
Diſtillet promptè, cumulo nihil additur olli,
Sed cellis miſſus fontano tergitur amne.

Eſt lacus in cellis ſublimis quatuor ulnis
Undique præcinctus ferratis orbibus alvum,
Cui medius reſidet turbo verſatilis axe
Armatus multis infracto e robore palis,
Concita præcipiti verſant quem flumina lapſu,
Quadrupes aut curſu circum pernice revolvit.
Huic tergendus aquis limi ſuccedit acervus
Chortis in immenſâ toties calcatus arenâ.
Deſuper effuſis pendenti e fornice limphis,

(2) Calcat, *inquam* pollice *manûs*.

Dum turbo celerem facilis ſinuatur in orbem,
Immiſſus rapidis limus convolvitur undis.
Ut vero lentus motu deſiſtit anhelo
Turbo, paulatim dives ſubſidere fundo
Nititur argentum, cœnumque innare per amnem;
Quod juvenis, parvo cupæ ſiphone recluſo,
Fundit humi: fluvioque iterum conſperſa recenti,
Inque orbem ductis palis cunctantia volvit
Cœna cado, rurſuſque dein cratere relegat,
Dum fundo penitus purgata metalla reſidant.
Ne tamen albenti lateat fæx ſcrdida maſſa,
Roboreis ipſam rurſus detergere mactris
Aggreditur pubes: vitreo quas fonte repletas
Nunc movet hàc lente, nunc velox commovet illac,
Nunc fæci admixtas undanti projicit alveo
Limphas, quoad totum pulſarit dextra fluentum,
Puraque ſiccato ſidant in vaſe metalla.
Conifer interea tigno ſuſpenditur alto
E lino denſus compacto ſtamine ſaccus,
Aptuſque argentum tardare, hydrargyro abacto:
Hic tracto mactris aperit ſe ſaccus acervo,
Argentumque tenax retinet ſubtemine purum,
Et *vivum* gremio majori ex parte repellit,
Quod clauſum pateris vulgus ſub tecta reponit.
Demiſſis terræ celſo de robore peris,
Argentum tandem gremio depromit avaro
Exultans tractare manu plebs ductile pondus,
Indeque colludens varias effingere formas.
Ceu quondam teneris puerorum cœtus in annis

Cecropiâ gaudet feſtus colludere cerâ,
Et genio indulgens graciles formare figuras,
Nunc dextrâ vitulum fingens, nunc vaſcula formans,
Nunc parvam ciſtam, nunc alto culmine montem:
Haud ſecus argento facili plebs infima ludit.
Quiſque tamen gravidas ingenti pondere lamnas
Conficit, aut tenerâ globulos de mole figurat.
Ut vero e globulis poſſint hydrargiri abire
Reliquiæ, ſuavis denſata in crate locatur
Argenti moles, æratâ caſſide tecta,
Et ſuprà pubes Vulcano effundit habenas.
Flexilis hinc flammæ veſano maſſa furore
Argentum vivum ſubjectis ponit ahenis,
Argento puro, ſolidoque in crate relicto:
Præmia quæ tandem reddit fortuna laboris.
Flammatis etiam non nunquam turba fluentis
Theſauros ſectis educit provida venis,
Arida quòd rupes ingenti exuſta calore
Sæpius imminuat permixta calce talenta.
Hinc limum patulâ plebes ut chorte madentem
Calcat, & *argento* perfundit ſedula *vivo*,
Protinus Aſſyrio latices immittit aheno,
Imponitque atro crepitantibus igne caminis.
Illa tumet ſubito, clademque minata lebeti
Æſtuat, & labris flagrat ſpumantibus unda.
Tunc tritum pubes infundit prompta metallum,
Arentemque levat limphis ardentibus æſtum;
Ut ſolet interdum verſatus Apollinis arte
Febriles calidis ignes compeſcere thermis.

Per-

Pervigil interea limphas examinat arte
Conſuetum geminans opifex tentamen aquali,
Qui fidus moli doceat nihil addere limo,
Aut ollam potius replere hydrargyro adaucto.
Cum vero cœnum pateris poſuiſe talenta
Indicat expertus repetito examine crater,
Continuo ſordes opifex depromit ahèno,
Deſuper interdum puero ſedante fluentis
Iratam cyatho maſſam, cyathique furorem.
Divitias fundo lotas tunc cacabus alto
Occulit, & miſſo cautus ſub fonte recondit.
Aſt opifex longo cochleari armatus avarum
Invadit cyathum, ſenſimque evellere fundo
Curat opes, mactræque ſimul, quæ proxima, donat.
Reliquias limi vitreis tum tergit in undis,
Ac demum argentum flagranti caſſide purgat.
Si vero ſolvenda cavâ fornace metalla
Traxeris e foſſis, fornaces conſtrue binas,
Disjunctaſque ſimul longo connecte canali.
Utque graves tulerint abſciſſo e colle rudentes
Pinguia ſaxa, terat repetitis machina plagis,
Grandiaque in parvos reſcindat fruſta lapillos,
Quos plumbo ſocio calidâ in fornace recondas
Deſuper aſperſis argillæ ſuavis arenis,
Tunc Vulcano omnes plebes immittit habenas,
Quin tamen ignitas effundat neſcia prunas
Fruſta ſuper: tumidis ſed flammæ follibus actæ
Pervadunt totum, mixto ſudante, caminum.
Fruſtula clauſa diu flammiſque afflicta tremendis
Mol-

Mollia ſolvuntur, rorantque ardentibus undis,
Quæ longum penetrant, ceu quondã limpha, canalẽ,
Fornacemque petunt greſſu pernice propinquam.
Concava deſcendit reſolutum ſtrata metallum
Torrida jam flammis, cinefactaque arbore tecta.
Follibus acta dein fornacem flamma pererrat,
Pabula cui pueri ſiccatâ fronde miniſtrant,
Dum ſordes opifex flammato in fonte natantes
Inde trahit dexter, virgâque educit aduncâ.
Interea rutilo liquefacta metalla camino
Ardenti jactata foco cava littora fluctu
Concutiunt, bullitque furens argentea limpha.
Ceu mare, cum valido jactantur flumina vento,
Nunc valles undis aperit, nunc ſydera pulſat,
Nunc quatit horrendo curvatas verbere ripas:
Haud aliter flammis argenteus æſtuat humor.
Aſt ubi colluvies calidâ fornace recedit,
Torrentique vorax Vulcanus decoquit igne
Argentum, extemplo fundo devolvitur imo
Tota ſuperficies, fluctuſque immota ſerenos
Oſtentat: ſubito folles arcentur, & ignis,
Ac nigrâ vulgus lamnam fornace revellit.
Non ita ſollicito pueros ſudore fatigat
Progenies Phœbi, Phœbique ſimillima proles,
Cæteraque exſuperans Aurum fulgore metalla,
Cui fortuna potens habitare palatia donat,
Auguſtoque thronum firmare in vertice Regum.
Præ reliquis Aurum mortalia pectora raptat,
Quod dominum citius ditet, parcatque labori.
Vix

Vix etenim moles æratis horrida pilis,
Ac ſolido trivit piſtrinum pondere ſaxa,
Cum *vivum* plebes *argentum* mittit arenis,
Admiſcetque gravem ſinuatâ mole per orbem.
Tunc opulenta fluit pretioſo terra metallo,
Quod gaudens recipit gremio piſtrina profundo.
Hinc tractum pubes immiſſis abluit undis,
Exprimit ablutum peris, & caſſide mundat.
Qualis ubi armatus fertur mucrone maniplus,
Invaditque virum generoſo ſanguine natum,
Mox aditus circum ſepit, ſeptumque fatigat,
Ingeminatque audax ictus, mortemque minatur;
Ille nequit contra telis obſiſtere turbæ,
Sed prudens tantum curat vitare periclum
Audaci ſubito ſubmittens colla catervæ:
Non aliter fulvum Phœbi de ſtirpe metallum
Crudeli cedit, pronâ cervice, latroni.
Non nunquam binis etiam de more paratis
Purgabit clarum pubes fornacibus aurum,
Augeat ut quæſtum domino, ſumptuſque recidat.
His ita continuo vulgi ſudore peractis,
Argentum tractum, tractumque examinat aurum
Præpoſitus curis Hiſpano ab Principe miſſus.
Hic parvos globulos lamnam glomerabit in unam,
Indeque mordaci convulſum forcipe fruſtum
(Quod ſibi pro dignâ curæ mercede reſervat)
Igne probat, quantumque rapax abſconderit auri
Argentum proprio commixti pondere, noſcit.
Mox auri pretium pariter perpendit in igne,

Et quintam Sceptro partem de jure reponit.
Unde sigillata argentique, aurique metalla
Continuo dominus cautè sub tecta recondit.
Si tamen ipse velis fugitivos cudere nummos,
Est opus argentum primum divellere ab auro
Albaque luteolis removere metalla metallis,
Arte viam ductante novam, flammisque ministris.
Nec tamen ipse tuas poteris secernere gazas:
Nulli quippe licet dictum exercere laborem
Servatum lectis augusto ab Rege ministris.
Grandibus hæc lamnis argenti turba receptis
Accingunt operi. Pars frondes admovet igni,
Pars vitreas lamnis ampullas deligit aptas,
Et pars suppeditat flumen rodentis aquai.
Frustula mox lamnæ Stygiis commixta fluentis
Excipit in vitreum tumefacta cucurbita ventrem,
Sedula cui prunas pubes supponit edaces,
Et magnis acuit succensum follibus ignem.
Intus aquæ fervent, pretiosaque frustula rodunt,
Argentum donec, resolutà mole, liquescat,
Percurratque nitens spumanti flumine vitrum.
Provida tunc cupreum portendit dextra bacillum,
Immissæque vitri scitè per colla retorti
Ardentem virgæ contingit cuspide massam.
Illico fervescens intus (mirabile visu!)
Massa ruit præceps, æstusque repente quiescit.
Ima petit purum calidis sub fluctibus aurum,
Argentumque tenet flavo propiora metallo,
Desuper illuvie, ac limphis, cuproque relictis.

Ut.

Ut vero vitrum ſemotis ignibus alget,
Disjunctas lamnas, ſectâ compage, recludit,
Ac finem tanto ponit fortuna labori.

Finis libri octavi.

RUSTICATIONIS MEXICANÆ

LIBER NONUS.

Saccharum.

SEcretas telluris opes, opulentaque terræ
Viſcera vulgus amet. Luteis me dulcia formis
Cogere mella juvat: non quæ Sicania campis
Carpit apes, trunciſque cavis ſtudioſa recondit;
Sed quæ Mexiceus prælis expreſſa colonus
Atque recepta cadis igni condenſat ahenis,
Fictilibuſque trahit candentia ſacchara conis.
Tu, puer, incurvi ſolers monſtrator aratri,
Ruſtica qui validos formas ad munia tauros,
Adſis, O! ruptiſque agris, glebiſque ſubactis,
Semina nectareæ ſulcis deponere cannæ, (1)
Flaventeſque dein ſegetes proſternere falce
Inſtrue; & aurato ſpumantia dolia melle
Candida coctilibus metis in ſacchara verte.

Mel-

---

(1) *Canna ſaccharifera arundinibus notis valde ſimilis brevioribus tubis, crebrioribuſque articulis diſtinguitur. Candida illi medulla, ac ſucco plena dulciſſimo, tenuis cortex, ſed durus. In quolibet articulo germen habet ciceri non diſſimile magnitudine, ſed oblongum, unde frutices poſtea pullulant.*

Melligenis poſtquam calamis legit arva ſerendis,
ut nemus exurit flammâ crepitante colonus,
ontinuo fortes; lectique ad aratra juvenci
roſcindunt altis felicia jugera ſulcis
t patulos volvunt repetito vomere campos.
mnis hiat ſulcus, foſſamque oſtentat apertam
ſque pedes binos; ubi tres, aut quinque recumbant
accharei nodi, ſi campi gleba maligna
ermina rara ferat, cultumque ingrata recuſet.
am quò terra magis ſucco langueſcit inerti,
òc mage mellitâ repletur arundine ſulcus,
uin denſis veſtita comis canneta recondat,
rolixæque premant naſcentia germina frondes.
Elicibus crebro ſudore, atque arte recluſis,
frica turba cutem ferventi Sole peruſta,
iribus inſignis, duroque infracta labore;
orrida quam nobis mittit Naſamonia tellus (2)
elligeros raſtris culturam jugiter agros,
licet ac luces æquabit Libra tenebris,
aturis cultro cannis extrema recidit,
ueis foliata parat feſſis alimenta juvencis.
nde aliud truncat geminato vulnere fragmen,
bſconditque ſolo, ceu quondam ſemen, aperto;
on rectos, ut ſæpe recens defigitur hortis
alea; ſed tenſos calamos per rura ſerendo. (3)

(2) *In Angola, Guinea, & Congo Æthiopes innumeros emunt Angli, quos deinde in America vendunt magno pretio. Iis & cannarum cultus, & ſacchari opificium ſæpiſſime injungitur.*

(3) *Pro regionum varietate aliter & aliter ſeruntur cannæ,*

Hinc tria (vel quatuor) cannæ fragmenta reciſæ
Sternit humi, ac foſſis altis ſejuncta viciſſim
Componit, ternoque ſimul locat ordine dextra.
Mox alias aliis directo limite cannas,
Extremis extrema addens, ac fruſtula fruſtis,
Adjungit. Quales pugnæ diſcrimine adactus
Inſtruit æratas mirâ Dux arte phalanges,
Partiturque ſagax, ac terno milite denſat.
Ut vero dulci complevit germine ſulcos
Turba, ſupinatas foſſam devolvit in altam
Glebas, obducitque omnem velamine terræ;
Quin tamen obductas glebarum pondere plantas
Opprimat, atque adeo meſſes incauta retardet.
Unde manu terram ſenſim componit avarâ
Abſconditque levi diffuſas ceſpite avenas.
    Poſtera cum tenebras reparato lumine pellit
Clara dies, formamque orbi cum Sole reducit,
Continuo rivi propter canneta fluentis
Curſum promptus agit celerem ſuper arva colonus,
Aſtutuſque vetat proprio ruere impete limphas,
Viſcera ne campi rapiant, ac ſemina nudent:
Sed tenui rorat prægnantes murmure glebas
Conſulto patiens, undâ ſtagnante, liquorem
Pingui tranquillum longùm tellure morari,
Arva quoad fuſum rivum madefacta recuſent.
Quod ſi terra vagis obſiſtat prava fluentis
Ac

---

ac ſaccharum conficitur. Eam ego ſecutus ſum methodum, quam in America ſeptentrionali in more poſitam novi; præterquam in inſulis, ubi aliam ſerendi rationem ſequi ſolent incolæ.

Ac riguum ſorbere amnem durata negarit,
Sæpius arentes rorabit flumine campos,
Germina dum videat ventrem abrumpere terræ,
Jugeraque umbroſâ latè pubeſcere fronde.
Roſcida ſed tandem, ter quinis lucibus actis,
Luxurie canneta videns velata comanti,
Ac totum teneris veſtitum frondibus agrum,
Protinus Afra manus propriis accingitur armis,
Et curvâ runcare parat ſata læta ſecuri,
Ruſtica ne fætus accreſcens herba novellos
(Ut ſolet interdum furiis agitata noverca)
Suffocet, nocuoſque tegat longo agmine mures.
Hinc terram videas totam nigreſcere turbâ,
Inque atrum ſubitò viridem mutare colorem.
Torrida namque amplum pubes diffuſa per agrum
Runcat inexhauſtis canneta virentia curis
Atque imis nocuam vellit radicibus herbam,
Luxuriare ſinens naſcentia germina plantæ.
Mox iterum recreat ductis per jugera rivis,
Et rurſus lolium fæcundâ ex matre renaſcens
Arripit, alternoque diu colit arva labore,
Luteolis donec ſylveſcat campus avenis.
Tunc longis horrere haſtis mirabere ſulcos
Ruraque duratis circùm frondere ſagittis.
Ceu quondam natæ ſerpentis dente cohortes
Proſiluere, ſatis abruptis cuſpide terris,
Torquentes manibus primùm lucentia teli
Spicula: tum pinus ferrum deduxit in auras,
Gramine dum medio tandem conſurgeret haſta,

Horrentemque daret ſegetem, ſylvamque minantem:
Haud aliter dulces pubeſcunt æquore meſſes
Inque haſtas abeunt longas, dum Luna per orbem
Ardua protendit bis novo cornua motu. (1)
    Poſt, ubi luteolis meſſis maturuit haſtis,
Ambroſioque tubos ſucco replevit ariſta,
Impigra frondoſum rurſus diſperſa per arvum
Armatos pubes invadit falce maniplos
Ac totam mœſto populatur funere terram.
Pars denſum cædit geminatis ictibus agmen,
Pars cæſo currus onerat, pars urget onuſtos,
Pallida arundineo rorantes ſanguine rura,
Indulgentque omnes, vel cœlo ardente, labori.
Africa ſed pubes Phœbo vexata furenti
Illudit dulci Solaria tela liquore,
Quem morſu compreſſa dedit ſylveſtris arundo.
Dente potens calamos ingrato cortice nudat,
Et niveam retegens, ceu cultro armata, medullam
Robore ſub nigro contritam ruminat ore,
Expreſſoque levans arentes flumine fauces
Lethiferum pellit tetro de corpore Phœbum.
Tu tamen æſtivo Titanis torridus æſtu
Nectareo ſiquando velis te paſcere ſucco,
Flaventes potius ſolers tibi delige cannas:
Ac primum nudare ſtude candentia cultro
Viſcera, corticibus crudis, foliiſque reciſis:

Mox

---

(4) *Pro regionis temperie tardius, aut citius cannæ matureſcunt. In regionibus calidis poſt menſes duodeviginti meſſis colligitur: in temperatis vero ad viginti quatuor differri ſolet.*

Trapetum commune.



L.C. f.

Mox in frusta seca, crebrisque a fuste remotis
Articulis, dulces placido trahe dente liquores,
Et flammis combusta feris præcordia leni.
Hæc animo secum reputans incautus ephebus
Præsentis vanâ deceptus imagine lucri
Melligero spoliare jubet canneta decore
Cuncta simul, nodosque omnes submittere prælo;
Quin tantam possit deinceps reparare ruinam,
Divitias quamvis breviori tempore multas
Cogat. Nam siccum corrumpunt otia prælum,
Totaque tranquillo torpet languore juventus.
Quare usu doctus longo sua præla colonus
Cautus arundineo durat sudantia melle,
Alternisque jubet ferro exercere novales:
Ut cum flava seges agris percussa recumbat,
Altera luxurians unà se tollat in auras,
Tertiaque effuso sensim de semine surgat;
Ut densata cadis exsudent mella quotannis.
(*) Sed prius aurato roret quam dulcis arundo
Nectare, tecta subit magno latissima gyro,
Fortis ubi grandi consurgit machina mole
Fixa solo penitus, ternisque extructa (*a*) cylindris
Ære coronatis, solidoque ex robore sectis.
Quisque petit cœlum verso in sublimia (*d*) collo,
Arrectusque terit proprio revolubilis axe

Sub-

(*) *Praoculis habe trapeti comunis typum obsignatum litteris respondentibus iis, quibus ejus partes in descriptione notantur.*


Subjectum (*b*) pontem robuſtâ ex arbore ſciſſum, (5)
Cui grandis tumulata ſolo ſubmittitur arca, (*c*)
Hoſpitio dulces large exceptura liquores.
Sed tenues adeo ſylveſtria tigna trapetum
Recludunt aditus, ut tergis terga propinquis
Immineant, digitumque queant urgere rotata.
Tum vero medius, ſurgit qui ponte, cylinder
Dentibus infractis horret, quibus ipſe volutus
Admordet reliquos, unàque intorquet in orbem.
Nam quamvis alii vix (*d*) collo tigna (*e*) ſuperna
(Machina queis acri firmatur concita motu)
Vincant, aſt proprium (*f*) medius protendit in altum,
Rumpereque axe domûs prolixo tecta minatur.
Inde trabes (*g*) binæ compactæ mordicus axi
In terras obliqua fluunt, terræque propinquant,
Ut circùm flexæ præcinctis pectora (*h*) mulis
Immenſos glomerent gyros, ſecumque revolvant
Aeriis ſpiris axem, mediumque cylindrum;
Qui reliquos juxtà mordaci dente premendo
Inſectat, magnoque omnes ſtridore rotentur.
(*) Si tamen ipſe velis robuſtis parcere mulis
Atque minore graves ſumptu verſare trapetes,
Flumina convolvant gravido labentia caſu,
Et trabibus prorſus frendenti ab mole remotis,
Orbita (*a*) tunc (*b*) axem tignis compacta profuſum
Am-

---

(5) *Tabulata, quibus cylindri innituntur, pontis nomine appellari ſolent.*

(*) *Præoculis habe trapetum aquarium variis etiam literis ſignatum.*

Trapetum aquarium.



L.C.f.

Ambiat, aeriumque adeo diffuſa per orbem
Dentibus in terram verſis volet aſpera circùm
Ære renidenti, ferratiſque orbibus arcta,
Ac totum vacuo prælum librata coronet.
Sed ſimul ingentem præli extra tecta repoſtam
Ingenio compone (*c*) rotam, quam plurima parvis
Capſula (*d*) diſtinguat circùm penetralibus auctam,
Excipiatque ruens conſtanti flumen (*e*) hiatu.
Hanc verò mediam transfigat fervidus axis (*f*)
Ære laboratus, ſtudioque politus ad unguem,
Quique rotam duplici ſublatam cardine verſet,
Ac longo mucrone domûs penetralia luſtret.
Inde axis longâ producti cuſpide cinge
Extremum breviore (*g*) rota, quæ dentibus uſque
Duratis ferro dentes admordeat orbis
Aere librati medio, qui præla coronat.
Ocyus ipſe undis objecta repagula tolle,
Libera ut ingenti volvantur flumina caſu,
Quæ magnam violenta rotam, lævemque volutent
Axem: & continuo miraberis axe rotato
Et minimum ſinuari orbem glomeramine lento,
Et morſu torquere rotam per inane volantem,
Murmure quam magno confeſtim præla ſequuntur.
Interea vectas utrâque ex parte juventus
Irrequieta gravi prælo ſubmittit avenas,
Incumbitque vigil noctéſque dieſque labori.
Hic cannas rimis flaventes ingerit arctis,
Ille ſtudet preſſis iterum complere meatus,
Et fractos calamos prorſus ſiccare premendo,

Fru-

Fruſtula dum rigidi reddant exſucta trapetes,
Exuviaſque rogis exhauſto humore pararint.
Sacchareum rorat ſubjectam flumen (*i*) (*b*) in arcam,
Ac totum limphis circùm ſpumantibus undat.
Væ tamen huic, digitos cui moles forte momordit!
Quippe manus digitos ſequitur, ſequiturque lacertus,
Integrumque dein abducunt brachia corpus.
Tunc opus eſt retro mulas agitare per orbem,
Aut labentis aquæ ſubito compeſcere pondus,
Seu potius ferro cubitum reſcindere preſſum,
Ne fera dente terat crudeli machina corpus.
Ah! quoties fato truncati membra maligno
Indolui ſortem transfixus ſæva dolore!
Hinc decet alternis nocturnum fallere ſomnum
Vocibus, aut vigiles noctes æquare canendo.
Hæc ubi ſacchareo ſudarunt præla liquore,
Mactraque ſpumoſis exundat lignea labris,
Inde per oblongum dulcis deducta canalem
Unda fluit, præcepſque petit, ceu rivus, ahenum
Fornice ſuſpenſum, flammæque ardore peruſtum,
Ingenti quod mole domus vicina recepit.
Continuo ſuccus magno exultare furore
Torrida concutiens undanti littora fluctu,
Ferventeſque diu fæces innare per undas.
Providus aſt totam cribro capulator amurcam
Egerit, ac verſans turpatum flumen ab imo
Innanti rurſum detergit dolia ſorde.
Olla dein gremio latices vicina reſumit
Ardentemque iterum Vulcano exaſperat iram;

Se-

Sedula queis pubes toties lixivia miſcet,
Infectis quoties ſordes innaverit undis.
Tunc magnis videas bullis caneſcere mella
Fæcibus immixtis, queis nuper flamma pepercit.
Namque furens ſubito purgant lixivia flumen,
Et minimas etiam ſordes ſuper æquora jactant.
Non tamen has opifex longùm ſinit ire per æquor:
Quin potius creber fluitantes egerit alto,
Pura quoad rutilans aurato limpha nitore
Inde alium ſubeat, cyathis capulata, lebetem.
Sed cave, ne calido largus lixivia melli
Plus æquo infundas: aſpris onerata fluentis
Mordicus obſcurum retinebunt mella colorem,
Quem nunquam mollis potis eſt abſtergere creta.
    Ut vero purum cannarum tertia ſuccum
Excipit olla ſinu, ſubjectis frondibus ignem
Integrat ingentem pubes, purgataque nuper
Addenſare ſtudet renovatis mella caminis.
Quare opifex magnum promptus cochleare recludit
Longo munitum capulo, quod dextra juventus
Verſat utrâque manu, laticeſque attenta revolvit,
Nunc calidum ſummo confundens æquor ab imo,
Nunc ſuperas tollens, fumo volitante, per auras.
Tum gyros nectit, cyathumque evolvit in orbem,
Et rurſus cœlo limpham jacit illa volutam.
Scilicet impulſu dextræ jactata frequenti
Denſantur citius, coeuntque fluentia mella.
    Poſt, ubi limpha cado ſiſtit denſata ſub alto
Inque atros ex parte abiit tenuata vapores,

Pro-

Protinus in gelidum rursus capulatur ahenum
Totque cremata rogis tandem refrigerat æstum.
Ut solet æstivo Titane viator adustus
Algentes intrare umbras, æstumque levare:
Haud aliter rigido mellita excepta lebete
Juscula ferventem ponunt tepefacta calorem,
Incipiuntque gelu sensim concrescere cupri,
Ac gluten densata dein, viscumque referre.

Interea pubes magnum glomerabit acervum
Fictilibus structum formis, ardente recoctis
Vulcano, quarum reserata foramine cuspis
Sidat humi, cœlumque basis satis ampla requirat.
Hinc primùm cretâ præcludit dextra foramen,
Asseribusque locat bifidis recto ordine formas,
Cuspide ut inde fluant stillantia mella reclusâ.
Tum densum formis condit cochleare liquorem
Sepositumque sinit contracto frigore cogi.
Hæc ubi coctilibus conis compacta residunt
Sacchara, nec cyathis latices undare videntur,
Continuo metæ, conversâ cuspide sursum,
Obstrusi primùm parvi reserantur hiatus,
Sacchareumque uterum ferro terebrare laborat
Palmari pubes, non dum coeunte repurget
Ut formas humore omnem fluitante per alvum.
Hàc siquidem proprio devexus pondere rorat,
Exceptusque cadis alios servatur in usus.

Non tamen albescent fulgenti pura nitore
Sacchara, ni cretâ conum velaveris atra.
Idcirco argillâ, vitreo jam fonte liquatâ,

Tin-

Tinge ſuperficiem metæ, cruſtâque madenti
Sæpius ora baſis nuper denſata reconde.
Omnia creta ſubit dulcis penetralia coni,
Viſceraque interius mundat, mellifque fluentis
Reliquias toto demum de corpore pellit,
Candida vicenis exactis lucibus ora
Recludens, niveoque ferens ornata colore.
Quis tamen hæc, Muſæ, nobis arcana retexit?
Unde homines traxere artis primordia tantæ?
Fertur in aurato cono lutulenta columba
Turpatos fixiſſe pedes, roſtroque frequenti
Tenuia fruſta dein mellis prædata coacti:
Mox vero furto volucris, dapibuſque potita
Æthera ſupremum pennis petiiſſe fugata
Sordida luteolo linquens veſtigia cono;
Quæ ſenſim Phœbi radiis exſucta furentis
Induerant niveum, dudum fuſcata, colorem.
Scilicet arcano detecto furta rependit
Dulcis avis, docuitque luto caneſcere formas.
Non ſecus atque olim rigido Conchylia morſu
Forte premens catulus perfudit murice rictum,
Purpureoque dedit veſtes fucare veneno.
Poſt, ubi caneſcunt repetito ſacchara limo
Albaque nigrantes poſuerunt ventre liquores,
Fulgenti ſub Sole locat tabulata juventus,
Atque relegatis luteis in limina metis,
Deſuper imponit candentes ſedula conos
Marmora pyramidum ſimulantes alta Canopi.
Tota repercuſſis radiis argentea maſſa

Cla-

Clara micat, circûmque almo veſtita nitore
Errantes fulgore oculos perſtringit acuto.
Sol teneras penetrat ſenſim fervore medullas
Ac pulſo penitus candenti ab mole madore,
Quem reliquum limus concluſâ fecerat alvo,
Indurat prorſus, conoſque in marmora vertit.
Ut tamen incertos flectat ſolertia caſus,
Et nocui poſſint detrudi finibus hoſtes,
Dives inacceſſis præcingitur area muris
Mobilibus velata ſupèr ſine pondere tectis.
Exiguis inſtructa rotis vaga tecta per amplos
Diſcurrunt muros; longoque agitata rudenti
Nunc Auſtrum motu tepidum veloce ſequuntur,
Nunc gelidum repetunt Septem-regreſſa-trionem.
Hiſce locat pubes tectis tabulata ſub altis,
Quæ duro tolerent urgentia ſacchara tergo.
Cum vero Phœbus, nimbis ardore fugatis,
Extollit claro fulgentem lampada cœlo,
Ilicet illa trahit tereti laquearia fune,
Albenteſque nivis conos candore revelat.
Si tamen è nigris impendat nubibus imber,
Tecta trahens retro, fune in contraria ducto,
Marmora denſatis obducit cana tenebris.
Aſt, ubi fumantem repetito Sole madorem
Expulit, & coni tenues truſere vapores,
Confeſtim niveas in cellam turba reponit
Pyramides, conciſa legit fragmenta, domumque
Divitiis replet magno ſudore paratis,
Ampla quibus fauſtæ tollit commercia terræ,

Lu-

Lucraque dives herus, pretium ſudoris, adeptus
Delicias largus menſis Regalibus offert.
Sed prius umbroſam penetrenr quam ſacchara cel-
Sæpe vorax ſylvâ lapſus latrunculus atrâ (lam,
Invadit Turdus candentia fruſtula roſtro.
At miranda tibi ſolertia rara volucris,
Ille rapit furtim mellis fragmenta coacti:
Ne tamen hæc tenues corrodant aſpera fauces,
Sed delapſa fluant guttur reſoluta per altum,
Sæpe ſagax ales undis intingere viſus.
Ore tenens furtum nunc purum mergit in amnem,
Nunc rectus ſorbet manantes inde liquores:
Mox iterum tingit limphis, iterumque liquatum
Ebibit humorem ſublato ad ſydera roſtro.
Nec contenta ſatis niveo candore volucris
Excipit inſidiis etiam flaventia fruſta
Exiguis formis, limoque coacta remoto.
Cannarum ſiquidem cultis ignobile vulgus
Conſurgit perſæpe agris, quibus aurea condi
Mella decet, flaviſque cados implere placentis.
Quare altas poſtquam prælo contorſit avenas,
Ac flammis ſolers purgavit mella juventus,
Ante furens quam plus æquo denſaverit ignis,
In gelidum capulat cochleati abſterſa lebetem,
Juſculaque oblongis miſcens ferventia contis
Addenſat, paulumque cado ſubſidere donat.
Tum formis brevibus nuper denſata recondit,
Quæ durata ferunt calido ſub Sole placentas.
Ore ſubobſcuram, ceramque referre recentem

Advertas maſſam: mirum at, quàm læta coemptis
Exiguo pretio vilis plebecula plaudat.
His onerat dapibus menſas, epulaſque coronat;
His quoque probrosâ validos trahit arte liquores,
Ebria queis plantâ graditur titubante per urbes.
Hinc facile exilio non nulli candida pellunt
Sacchara, & obſcuras gaudent denſare placentas:
Scilicet ut pretio merces breviore parandæ
Allicerent plebem, nummoſque augeret avarus.

Finis libri noni.

RU-

RUSTICATIONIS
MEXICANÆ
LIBER DECIMUS.

Armenta.

PInguia vernantes late diffusa per agros
Angustis armenta juvat concludere septis.
Nunc opus infracto, natoque ad dura bubulco,
Agmina qui pecudum cogat palantia campis,
Montanosque bobes regnis detrudat avitis.
Vos campos, Nymphæ, vos saltus cingite, Divæ,
Et cursu celeres damas captare suetæ
Arva per, & sylvas pecudes agitate fugaces;
Et quas Pegaseo nobis contingere cursu
Instabilis Fortuna negat, vos claudite vallo;
Fundere ni telo placeat stridente rebelles:
Et juvenum primis fidus comes additus ipse
Vobis sacra jugo Parnassi templa locabo.
Prædia Mexiceis late florentia terris,
Divitias quæ larga sinu telluris opimo
Hactenus agricolis magnas, populoque pararunt,
Non parvos arctis concludunt sepibus agros;
Plurima sed partes circùm diffusa per omnes (1)

(1) *Hae mensura plurima pradia metiri quisque potest : quam tamen etsi multa non attingant, innumera excedunt.*

Ter denis *leucis* volvuntur jugera in orbem
Aurea nunc plantis, nunc denſis abdita ſylvis,
Nunc aprica ſolo, vitreis nunc uda fluentis.
Pinguia nervoſus ferro movet arva colonus,
Et gramen pecori, ſylvaſque, amneſque relinquit.
Hinc paſſim videas nullo rectore per arva
Progenie ſociata novâ pecuaria ferri.
Hæc inter facilè tumidus præcordia faſtu
Præſtat equus niveus caudà ſpectabilis atrâ.
Ille per auratos, herboſa ſedilia, campos
Impexis per colla jubis, per terga, per aures,
Arrectâque ſimul caudâ, colloque retorto,
Quadrupedante ferox ſenſim quatit æquora paſſu,
Poneque denſatum candenti corpore equarum (1)
Agmen agit, campoque vigil ſpatiatur amœno.
Quod ſi lenta ſequi quædam contemnat euntem,
Ocyus hinnitu ſonipes urgebit acuto,
Cunctantemque dolens iterumque iterumque vocabit.
Femina ſi vero parere immota recuſet,
Sæpius ille petet furiali dente morantem
Inque agmen ſubito preſſam terrore reducet.
Nec tamen uſque gregi pœnas intentat acerbas:
Quin etiam vigili rediviva ad paſcua curâ

Ille

---

(1) *Equorum armenta equabus conſtant viginti quatuor, quibus preeſt emiſſarius. Hæc armenta pro magnitudine prædiorum, ac divitiarum ad quadraginta, vel octoginta eſſe ſolent. Sunt tamen aliqui, quos maximopere juvat equas cujuſlibet armenti ejuſdem eſſe coloris cum emiſſario.*

Ille movet ſecum teneris cum fœtibus agmen
Femineum, ducitque ſitim ſedare fluentis:
Dumque redux turbam fœcunda ad prata revexit,
Allicit annoſis umbram captare ſub Ornis.
Inde tot ardentes generoſo ſanguine creti
Quadrupedes, Solis rapidas augere quadrigas
Promeriti, paſſimque agris ſine lege vagantes,
Dum ſenos Phœbi currus compleverit orbes.
Quippe vireſcentis frondoſo gramine campi
Nec premit arva gelu, nec frondes bruma nivalis
Concremat, aut duro concreſcunt frigore rivi;
Sed cœlo ſemper rident arbuſta benigno.
    Si vero alipedem rigidis cicurare lupatis
Ardeat inſignis nota virtute bubulcus,
Continuo e gregibus delectum pluribus unum
Chortibus elatis propter penetralia tecti
Sedulus includit, ſociûm adſpirante catervâ.
Tum laqueo perſæpe manu ſuper alta rotato
Prendit equum, totoque adnixus corpore firmat,
Dum loris aliis pubes ſociata revincat
Torva reluctantem, rictuque, & calce petentem,
Circumdetque agilis nodoſis ora capiſtris.
Mox dorſum, phaleris quod turba inſtruxit obeſum,
Scandit eques, miſſumque dein è chortibus imis
Barbarus alipedem patulos agit ille per agros.
Aſt equus inſanus dorſum in ſublime retorquet,
Et nunc arrectus manibus, nunc cernuus auras
Calce ferit, tergoque ardet vibrare ſedentem.
Poplite ſed bino domitor ſpumantia ſtringit

Terga feri, manibuſque regit ſublimis habenas;
Queis modo frænat equum, modo longum flectit in orbé,
Calce citat crebro, mediâque coercet in herbâ,
Quadrupedem donec repetito examine fractum
Compoſito doceat metiri gramina paſſu.
Plurima cum vero cogunt armenta bubulci
Matribus immixtis arcta intra ſepta morari,
Zelotypi ſubito rabie ſuccenſus amoris
Calcibus & rictu tegit emiſſarius agmen
Quiſque ſuum, flagratque irâ, pugnamque laceſſit.
Dentibus exſertis vigilem petit arduus hoſtem
Intrepiduſque ciet mediis fera prælia clauſtris.
Concurrunt rabidi, pedibuſque arrectus uterque
Alter in alterius deſudat torva ruinam,
Pectora nunc lanians manibus, nunc dentibus aures,
Nunc reliquos denſis diſcerpens calcibus artus.
Tum pronâ cervice minax hinnitibus inflat,
Et rurſum plantis, rictuque inſurgit in hoſtem,
Dente quoad rabido ſudantia colla premendo
Hoſtem fundat humi, victumque extendat arenâ.
Inde pedem retro, parto contentus honore,
Victor agit, latoſque comâ volitante per armos
Protinus armentum repetit, matreſque reviſit.
Non ſecus ac claro generatus ſanguine miles
Irrequietus amat turmam ſuperare minantem,
Cedere ſed gaudet votis, ac parcere victis.
Sed jam preſſa diu ſeptis armenta recluſis
Vernantem cuſtos rurſus ſinit ire per agrum.
Aſpice, ut immixtis agmen procedat equabus,

Anguſtiſque petat turmatim gramina valvis:
Sed quam ſollicito proprium emiſſarius æſtu
Agmen ab agminibus, matreſque a matribus arcens
Providus in campos, ac paſcua nota reducat.
Væ tamen huic pecudi, ſociis quæ rure relictis
Alterius commixta gregis ſe matribus addit,
Clamorique ſui renuit parere mariti.
Præpes enim pedibus *Z*ephyri ſuperantibus alas
Fertur equus, ſtrictoque petens pecuaria dente
Omnia confundit, limphatuſque omnia turbat,
Dum ſociam mediâ commixtam plebe repertam
In proprium revehat repetitis morſibus agmen.
Sæpe etiam gregibus, Sileni pignus, aſellus
Terribilis rictu, patulâque inglorius aure
Præficitur. Sed, quem genus alto a ſanguine Regum
Nobilitat, regioque frequens Madurenſis honorat, (3)
Non niſi ferventes nobis, ceu fulmina, mulas
Procreat inſignes pedibus, greſſuque quieto;
Queis longum metimur iter, perque aſpra viarum
Vincimus aerios ſuperantes nubila montes;
Et quibus aurati magno ſplendore per urbes
Difficileſque vias currus, & plauſtra feruntur.
Hæc quoque ponderibus proles aſſueta biformis
Aſſiduo peragrat campos, monteſque labore
Proſcinditque gravi duratas vomere glebas.

(3) *Madurenſes magno honore aſinos proſequuntur, quòd Reges ſuos ab aſino quodam oriundos autument, inque aſinos nobilium animas tranſmigrare.*

Dum vero campis armento mixta vagatur,
Dux gregis inſomni ſobolem cum matre tuetur
Curâ, ac torvus equos propriis a paſtibus arcet.
Quod ſi luxuriantis equi, aſpernata maritum,
Femina blanditias, vocemque incauta ſequatur,
Dentibus armatus, rabieque accenſus aſellus
Bella movet, rictuque procum petit efferus aſpro,
Effunditque ſolo miſerandâ voce gementem,
Et crebro fuſum morſu, manibuſque fatigat.
Ut ſolet abjectâ maculatus origine puber,
Egregium poſtquam ſuperavit viribus hoſtem,
Exultare ferox, teloque extinguere victum.

Nec tamen ille gregis curis exhauſtus amaris
Immenſum Solis curſum metitur in agris:
Quin etiam juſſus pingue ad præſepe morari
Venturum paſtu vires reſtaurat in annum
Frumento nutritus edax, lactiſque liquore,
Diſtinguat dum prata novum ver roſcida gemmis.
Ut tamen arva toris rident herboſa novellis,
Denſatos aſinus renes detonſus & armos
Sæpe madet Syrio ſucco fragrantis olivæ,
Et priſco pecudum rurſum perculſus amore
Armentum repetit veſano fervidus æſtu.

Haud ſecus ardentes, natique ad fortia tauri,
Ruricolæque bobes, dociliſque juvenca vagantur,
Erranteſque diu ſaltus & rura frequentant,
Quin noctis redeant nigras ad ſepta ſub umbras,
Aut molles tectis unquam ſtabulentur opimis.
Cum vero mediis enixa puerpera campis

Po-

Pone trahit vitulum, sylvisque obducta recondit,
Continuo captum, multum lugente juvencâ,
Sollicitus condit parva intra claustra bubulcus,
Ingentemque domi vitulorum cogit acervum, (4)
Ubera ne siccent avidi turgentia matrum,
Utque parens sobolis nativo absentis amore
In mulctram veniat, seseque in tecta remittat.
Quod si vacca suum contemnens perfida natum
Frondosis lateat nemorum defensa tenebris,
Inque ædes remeare neget lactare tenellum,
Rustica tunc pubes conscendit terga citorum
Quadrupedum, quos non flagrans præcederet Æthon,
Quæsitamque diu nemoris per frondea vaccam
Acris agit cursu, ramisque excedere cogit.
Hinc equitum numerosa cohors avulsa cubili
Protinus ac cœlo tenebras Aurora repellit,
Et nemus, & pratum, fontesque attenta revisit
Quotidie, pecudesque movens de rure rebelles
Sepibus excelsis, sobolis prope tecta, coercet.
Tum vitulum gemitus amissâ matre cientem
Confectumque fame reserato carcere tollit.
Ilicet assiduus questu vocat ille parentem,
Et nutrix prolem tenero clamore salutat.
Vix tamen aure sonum clamantis buculus hausit,
Cum subito cursu confusa per agmina matrem
Vestigat, donec geminatâ voce vocantis

Ube-

(4) *Cogi solent in septis vituli centum, & amplius pro prædii magnitudine.*

Ubera feſtivus matris lactantia ſugat.
Sed diram vitulo rabiem compeſcere ventris
Armatus prohibet crudeli fune bubulcus.
Nam ſimul ac natus diſtentis labra papillis
Admovet, ac niveum cœpit guſtare liquorem,
Ille renitentem materno ex ubere raptum
Fune tenet ſubito, matriſque ad crura revincit.
(Bucula quippe negat celatos arte malignâ
Nectareos fontes abſente recludere nato.)
Inde cadum profert annoſâ ex arbore ſectum,
Uberaque alternis preſſans turgentia palmis
Arboreum cyathum candenti nectare replet,
Fluminaque exundant plenis ſpumantia labris:
Unde fluit pleno butyri copia cornu,
Totque orbes lactis prælo ſtridente coacti.
Sed prudens uni parcit tamen ille papillæ,
Quæ vitulum lactet vinclis mox plena ſolutum.
Poſt aliam atque aliam munctas de more juvencas
In campos tandem clauſtris effundit apertis
Carpere gramen agris, æſtumque expellere rivis.
Providus aſt vitulos, puero cuſtode, tenellos
Sepoſitis mittit campum tondere ſub Alnis,
Maternoque vetat ſitientes lacte levari.
Aſt ubi majores vitulus ſe tollit in artus
Infenſiſque tegit porrectas cornibus aures,
Ocyus anguſtâ concludit chorte bubulcus
Natorum ingentem turmam jam rure vagantem,
Mollia deſignet flammato ut tergora ferro.
Ille bobis laqueis obſtringit crura novelli,

Ob-

Obstantemque diu facili protendit arenâ.
Tum proprio fundi, flammasque imitante sigillo
Terga renitentis signat combusta juvenci.
Bellua crudeli ferri commota rigore
Estuat impatiens spumantis fluctibus iræ,
Invaditque ferox, nodoso fune soluta,
Collectam juvenum media intra septa cohortem.
Sed sævis gaudet pubes illudere plagis,
Et saltu vires crebro lassare petentis.
Interdum rabidos etiam mirabere tauros
Submitti, facilesque globum concurrere in unum.
Vix etenim lucem reddit mortalibus almam
Phosphorus eois surgens redivivus ab undis,
Alitibus cum fortis equis advecta juventus
Obscuras penetrat sylvas, camposque peragrat,
Dispersumque pecus repetitis cursibus urget.
Pars cogit tetro tauros discedere luco,
Pars agit in pratum celso de monte ruentes,
Et pars invigilat medio jam rure coactis,
Immensum donec taurorum congerat agmen.
Quod si aliquis celerare fugam, turmamque paravit
Linquere, continuo laxatis puber habenis
Calce fatigat equum crebro, sequiturque volantem,
Dum longo fessum cursu, caudâque prehensum
Flectat in adversum, taurumque effundat in agro;
Unde gravis monitum pœna ad pecuaria ducat.
Mox pingues pubes seponit cauta macello,
Et fortes, queis colla toris robusta pilosis,
Provida vertendis agris ad aratra reservat,

Ac reliquum medio dimittit gramine vulgus.
Ut vero ſubigat lectos ad rura juvencos,
Caſtratos primum ſociali fœdere bobus
Admiſcet, nexoſque aliis jam forte ſubactis
Ire jubet, rabiem donec, moreſque ferinos
Exuerint, & colla jugo demittere norint.
Iccirco bobus binis adjungit arator
Indocilem, ternoſque jugo ſupponit eidem:
Ut cum taurus agrum rabie commotus avitâ
Ardeat inſanus celeri percurrere plantâ,
Vomeribus pridem ſueti, qui hinc inde laborant,
Indomitum frœnent, æqualique æquora paſſu
Metiri ſenſim doceant, flectantque furentem.
Aſt ubi compoſito glebas proſcindere greſſu
Edoctus taurus violentum corde furorem
Expulit, & doctis novit parere magiſtris,
Tertius actutum duro temone juvencus
Pellitur; & longo detentum cornua fune,
Quem retro ſolers capulo connectit arator,
Lenta movet taurum conantem plurima fruſtra,
Dum magnis operis, duroque aſſuetus aratro
Noverit inceſſu glebas renovare quieto.
Aſt ſolet interdum taurorum turma rebellis
Uſque tenebroſis nemorum ſe condere ramis,
Quos gramen campi, Solemque, auramque peroſos
Non niſi tonſa nigris viridis juvat herba ſub Ornis.
Nec potis eſt ullus turbam detrudere luco,
Ni ſitis arentem compellat noctis in umbris
Quærere tranquillos aprico gramine fontes.

Sed

Sed pubes noctu tauros operosa fugaces
'nvadit cursu, fessosque in gramine cædit.
nsignes siquidem plantâ pernice juventus
Aptat equos, propriisque audax accingitur armis:
Hic rapit æratâ munitam cuspide pinum,
lle renidenti lunam quatit ære bicornem,
Cetera dum pubes caudis adstringit equorum
'aurinâ pridem tortos è pelle rudentes. (5)
Jt vero de more cohors sua tela paravit
'e campo fundit patulo, sub nocte silenti,
'empore quo Luna replet fulgentior orbem,
Et taciturna locis passu cunctante propinquat,
Jnde feros novit prodire ad flumina tauros.
'unc manus umbrosas nemoris distracta per oras
'rondentem vigili lucum statione coronat,
xspectata petat fontes dum præda quietos.
st ubi nigrantes saltusque, umbrasque relinquit
ncessuque gravi latum bos prodit in agrum,
rompta cohors equitum ferrato calce citatos
uadrupedes urget, sequiturque fluenta petentem.
lic prior armatâ taurum prosternere pinu,
le pedes certat curvatâ scindere lunâ,
i prius alter agat celsa inter cornua funem,
dnexumque bobem caudâ refrænet equinâ.
ellua terribili subito correpta furore
lipedem curvâ celerem petit ardua fronte:

Sed

---

(5) *Bubulcis Regni Guatimalensis mos est ligato ad equi cau-m taurino fune tauros illaqueare, & quocumque volunt illa-eatos ducere. Alii aliter tauros innectunt.*

Sed consultus eques cursu declinat anhelo
Cominus urgentem, lethumque, ictumque minantem,
Dum socii ferro bacchantis crura recidant,
Aut propiora volans ipse intra septa reponat.
Continuo pubes, circùm diffusa, juvenci
Lymphati loris taurinis crura revincit,
Eripit ense cutem, costasque, & pectora nudat;
Unde domum vectat, flammisque trementia torret.

Finis libri decimi.

RUSTICATIONIS MEXICANÆ
LIBER UNDECIMUS.

Greges.

ARmentis ſociare greges per rura vagantes,
Lanigerumq. pecus, capraſque, hædoſq. petul-
Atque ſaginatos aurato germine porcos (cos,
ıſa jubet. Procul hinc, Nymhæ, procul eſte, Napææ:
l mihi vulnificis ferro lucente ſagittis,
c viſco, aut laqueis fallaci gramine tectis
opus. Expertis tantum paſtoribus utar,
antesque agro pecudes in ſepta moloſſis
cam, torva quibus diſcedat bellua campis.
Tu, qui Mænaliâ, Capripes, modulatus avenâ
campo, & nigrâ ducis pecuaria ſylvâ,
torumque frequens demulces pectora cantu,
tinus ante oculos reſonis pecus omne cicutis
erſe, & blandâ paſtores voce vocatos
uram pecorum variam compelle docere:
tibi ſeptenos avulſos ubere natos
us ipſe tuis libabo cernuus aris.
Non omnes armenta juvant, ſtrepituſque bubulcûm:
er enim placidas ardet tondere bidentes:

Al-

Alter amat celſis errantes collibus hædos
Tergore nudatos fuſis condire ſalinis,
Ac vario mollire hirtam medicamine pellem;
Dum porcos alius curat pingueſcere fundo
Et largus genti convivia lauta parare.
Prædia, quæ pecori paſcendo addicit ovillo
Dives herus, patuli circumdant undique campi
Paſtibus obducti teneris, & gramine multo,
Flumina quos paſſim vitreis undantia limphis
Irrorant, gelidoſque ferunt ſitientibus hauſtus.
His tamen alternas agris interſerit umbras
Denſatum quandoque nemus, quandoque comanti
Luxurie in medio ſurgentes æquore quercus.
Nam quamvis nullas norint pecuaria caulas,
Libera ſed campis ſemper ſpatientur apertis,
Aſt cautus pecudes, fido aſpirante moloſsûm
Agmine, paſtor agit nigræ ſub robora ſylvæ,
Seu flammas Phœbus cœlo jaculetur in orbem,
Seu denſo terras quatiat Saturnius imbre.
Paſtor enim ternis ſociis comitatus adhæret
Erranti pecori, nocteſque dieſque per arva
Fidus oves, vigileſque canes moderatur eundo. (1)
Vix etenim pecudum nudatis vellera coſtis
Sollicitus ferro tondet candentia paſtor,
Cum ſubito abducit recluſis agmina caulis

In

(1) Prædia educandis ovibus deſtinata viginti quinque ut minimum gregibus inſtructa eſſe debent. Omnis autem grex ovibus aut arietibus bis millibus conſtat. Aliter fundus prædii nomine indignus cenſetur.

n campum, cautuſque pigro per gramina paſſu
Carpit iter longum (2), calidis quò pinguia terris
Rura vocant, oditque algentes frigore tractus.
Agmina procedunt campis, quin patribus agni,
Aut mollis poſſit miſceri ſponſa marito.
Hic agit ante alios tonſas per prata bidentes;
Ille patres ducit, quà Sol feſtinat in undas;
Alter amat terris verveces ducere eois;
Atque agnos alter ſubeuntes pone per æquor.
Hinc fuſis videas gregibus caneſcere campum
Impleriquc vagis tremulas balatibus auras.
Hæc ubi corripuere viam, pecorumque caterva
Procedunt agro, paſtorum turba morantem
Perſequitur baculo pecudem, pœnaſque minatur,
Gramina ut herboſo detondens æquore, cœptum
Pergat iter, greſſuque pari comitetur euntes.
Hi prudens magno Solis ferventis in æſtu
Cautus agat nemoris denſas pecus omne ſub umbras
Quod ſi nulla toros ardentes fraxinus umbret,
Optatæ juſſus grex indulgere quieti
Siſtitur, inque globum diſperſum cogitur agmen:
Atque pecus Solis flagrantia ſpicula vitet,
Mutua quæque ſagax ſibi certa levamina curat;
Ac pronâ cervice caput ſub ventre recondens
Alterius, dorſum telis incauta recludit.
Aſt vero tacitæ celſis ut montibus umbræ

---

(2) *Iter hocce ad milliaria* 100, *aut etiam* 300 *extendi* *let, quo greges a frigida in regionem calidam autumnali tem-* *re traducuntur, ibique hibernant.*

Præcipitant, orbemque tegit nox atra tenebris,
Villicus actutum, latis qui præſidet arvis,
Ulterius pecudes prohibet per rura vagari,
Palanteſque greges medio conſiſtere campo
Imperat, ac feſſos placido dare membra ſopori.
Tunc tacet omne pecus, catuli, pecorumque magiſtri,
Herboſiſque toris turba inclinata recumbit,
Dum ſomno preſſam Phœbi lux alma reviſat.
Sed prius infirmos quam paſtor providus artus
Fronde ſuper viridi, nigrâque ſub ilice ponat,
Mollia carnivoris partitur fruſta moloſſis,
Ardoremque famis, rabiemque extinguit edendi.
Fida canum ſubito plebes diffuſa per herbam
Intrepidiſque armata minis pecuaria cingit
Prompta fero quoſcumque hoſtes invadere rictu.
Æquore tunc medio cameram ſibi paſtor adornat
Curvatis fictam ſtoreis, & gramine fuſus
Tranquillum proflat rauco de pectore ſomnum.
Quod ſi forte greges invadat latro ſub umbras,
Aut lupus è ſylvâ nuper digreſſus ab altâ
Iratus cladem jejuno ventre minetur,
Protinus inſomnis latratu turba moloſsûm
Bella parat, pecorumque duces in tela vocabit.
Collecti è ſomno, raptiſque ex æquore membris
Vulgus in arma ruit, circumque armenta peragrans,
Nunc virgulta movet, nunc nigri montis ad oras
Accelerat greſſum, quà fervet vividus Umber,
Nunc ipſas pecudes fumanti lampade luſtrat,
Toto quoad ſævum pulſarit rure latronem.

Inte-

Interea calidis tangit pecuaria telis
anda Venus, levibusque urgens præcordia flammis
furias, ignemque patres, matresque procaces
æcipitat, magno campos turbante tumultu.
ınc subito accitos semoto ex agmine patres,
oceræ queis molis honos, viridisque juventa,
atribus admiscet pubes studiosa petulcis
dmixtamque regit deinceps per prata catervam,
nguia dum tenero turgescant viscera fœtu.
Ut vero toto palantes æquore finem
ıposuere viæ pecudes, calidoque sub axe
:rvenere locos, vernant ubi pascua Sole,
rebraque nigranti se tollunt robora fronde,
ſſiduo tondent viridantia pabula dente
c totum crassâ velant pinguedine corpus.
Nectare mox niveo distentis femina mammis
uæque suos gremio fætus educit in auras,
gnora cara gregis, notum quæ sanguine nomen
ınigeræque decus tollant per sæcula gentis.
æc ubi disſecto florentia gramina ventre
xcipiunt, blandisque toris excepta reclinant,
ıfaustam credas vitæ præcurrere mortem,
t matres utero natis finxisse sepulcrum.
antùm sub tenero languescunt corpore vires!
ſt ubi membra parens abstergit mollia linguâ,
t blandis Zephyrus durat languentia flabris,
gnus inexpertis plantis consistit in agro,
ontinuoque petit nutanti corpore mammas
lectareas, flexoque genu, caudâque frequenti

Lactea compreſſis placidis trahit ubera labris.
Mox curvata movens ſenſim per gramina crura
Paulatim vires agnus confirmat eundo,
Auſit ut exiguo gramen ſubmittere ſaltu,
Sæpius & ſociis lætus colludere campo.
Si tamen in mediis partus enixa tenellos,
Immenſum dum pergit iter, profuderit agris
Mollis ovis, paſtor robuſtis excipit ulnis
Invalidos, gremiove fovet pudibunda puella,
Aut pueri, aut conjux campis hærere marito
Sueta, quoad proles conſiſtat fortis in arvo
Palantumque legat matrum veſtigia greſſu.
Cum vero violenta lues pecuaria vexat,
Aut premit infauſtis morbus male ſaucia plagis,
Ilicet incolumi ſemotas agmine cuſtos
Alter agit pecudes, febrique, aut vulnere læſis
Apta parat cautus magnis penetralia ſeptis,
Quæ teneri ſubeunt nullo diſcrimine nati
Et matres unà, vervexque, arieſque petulcus.
Huic molli cingit nutantia crura Machaon
Faſciolâ; tenues olli de vulnere pellit
Vermiculos; herbiſque ſagax lenimen adaptat.
Quod ſi blanda parens morboſo lacte tenellum
Nutriat, aut, prorſus ſiccatis ægra mamillis,
Pignoribus jucunda ſuis alimenta recuſet,
Imbellem cuſtos, matre intra clauſtra retentâ,
Nutricis curæ gnatum committit alendum.
Hinc illam firmat, mammiſque extenſa refertis
Labra ſimul figit multùm ſitientis alumni,

In

In natum donec nutrix adſciverit agnum,
Aut paſtor reddat valido jam corpore matri.
Floribus interea ridens ver dulcia pingit
Arva novis; molliſque puer, caſtæque puellæ
Exultant pictis velati tempora gemmis.
Florea tunc paſtor rurſus per jugera ducens
Pingue pecus, ſenſimque viam dimenſus amœnam;
Conſilio nectente moras, in tecta reducit,
Radere terga manu niveis rorantia lanis.
Sed prius impexum quam pubes tondeat agmen;
Lanigeras prædives herus numerare cohortes
Imperat, ac denâ toto de prolis acervo
Sacratis aris confeſtim parte ſolutâ,
Mox alios denos teneris à cætibus agnos
Invitos removere jubet; quos villicus agri
Pro dignâ tanti teneat mercede laboris.
Inde gregem juſſus concludit paſtor in arctis
Quiſque ſuum caulis, tecti prope limina ductis;
Et ſubito juvenum ferro præcincta caterva
Fune ligat, funditque ſolo de more bidentes,
Vellera divellit coſtis, ac tergora nudat.
Vellera quæque globum pubes convolvit in unum
Aſſervatque ſagax, ut cum perſolvere penſum
Cogat herus, nummos totidem, quot vellera, pendat.
Hæc vero aſſiduo peragit dum turba labore,
Arma movet, gaudetque aries concurrere cornu.
Quiſque ſuum telis armatus provocat hoſtem,
Ac totis urget ſeptis, laſſumque fatigat.
Fortis enim greſſus retro gladiator uterque

Alter ab alterius ſimulans ſe proripit armis:
Sed ſubito rabie ſuccenſus quiſque malignâ
Inviſum, ceu tela volant, volat acer in hoſtem,
Ac duras duris frontes cum frontibus urget.
Mox iterum retro porrectâ greſſus arenâ
Rurſus in arma ruit, rurſuſque inſurgit in acrem
Hoſtem. Sylva fremit tanto vicina tumultu,
Et tremulus reboat duratis ictibus aer.
Sed cito paſtores compeſcunt prælia ferro,
Lymphatamque domant rigidâ ſub forfice plebem.
    Poſt, ubi clamoſum radit pecuaria vulgus,
Continuo magnum, ſemotis patribus, agmen
Addenſat maribus, prudens quos paſtor in eſcam
Olim caſtrarat juvenes, pingueſque macello
Inde relegat, iter doctâ monſtrante capellâ.
    Sed jam rus video niveis albeſcere capris
Barbigerumque pecus ramos tondere comantes.
Horret enim fundus maculoſis agmina ſignis,
Quæ vario natura linit fœcunda colore:
Noctis enim dum grata quies animalia feſſa
Occupat, & ſomnum tranquilla ſilentia ſuadent,
Tergora picta gregis, variiſque coloribus aucta
Percutiunt magnâ pecudes formidine preſſas,
Agminaque umbroſis fundunt palantia ſylvis.
Quare omnes paſtor maculas expellit ab agris
Lacteolumque gregem cygni candore micantem
Tutus agit, cogitque virens caneſcere gramen.
Ut ſolet interdum niveis albere pruinis,
Argentique diu lamnis effulgere pratum:

Haud aliter canis albeſcunt æquora capris.
Dum tamen halantes errat de more per herbas (5)
Improbaque herboſo ſedat jejunia campo
Irrequieta pecus, ſaltuſque, agroſque peragrat,
Nunc frondes pedibus ſummis arrecta recidens,
Nunc ſaltu veteris conſcendens brachia quercûs,
Aut riguum quærens etiam ſitibunda fluentum.
Agmina ſed fidis cuſtos diſperſa moloſſis
Cogit iter longum totis urgere diebus.
Ut tamen aurato curru lux alma receſſit,
Noxque pecus celat denſis obducta tenebris,
Villicus actutum gregibus conſiſtere juſſis,
E ſilicis venis excuſſum colligit ignem
Frondibus, ingentemque rogum mox ſuſcitat arvis.
Tunc circum flammas effuſum protinus agmen
Omne recumbit agris, poſitoque pavore queſcit.
Si tamen umbroſis jaculatus nubibus ignis
Aera perfundat telis, tonitruque reſultent
Horrida montanis concuſſis collibus antra,
Ilicet hirſutæ correptæ horrore capellæ
Æquore palantes toto, cladeinque timentes
Accelerant curſu denſis ſe condere ſylvis:
Nec potis eſt paſtor, vigilans nec turba moloſsûm
Præcipitem prohibere gradum. Replet arva tumultus,
Ductoriſque graves agitant præcordia curæ.

---

(5) *Caprarum greges idem, quod oves, iter conficiunt, eademque ratione gubernantur, iis exceptis, quæ ſingillatim addimus.*

Aſt, ubi reſtituit rebus lux alma colorem,
Ocyus ille vagum parvo ferit æthera cornu, (6)
Et campum, & ſylvæ frangit clangoribus oras,
Dum ſonitu errantes capræque hircique recepto
Gramina nota petant, totumque coiverit agmen.
Non ſecus ac pavidas lituis in caſtra vocaret
Dux acies, hoſtis quas dudum fuderat armis.
Tot perfuncta cohors paſtorum ſedula curis
Urget iter cœptum; Venerisque ardore crematis
Armentis armenta jubet, caproſque capellis
Miſceri; unde genus referat barbata propago.
Dum tamen halanti cuſtodes rure vagantur
Quiſque vireſcenti conciſis arbore Palmis
Innumeros torquet, ſudanti cortice, funes;
Mollia vincturus pariturae pignora turbæ.
Vix etenim partus pendenti ventre propinquat,
Cum paſtor promptus concludit gramina ſeptis
Dumoſis; intuſque ſudes affigit in orbem.
Poſt, ubi turpe pecus fœtus emiſit in auras,
Funiculis ad tigna capram cum prole revincit,
Dum mater ſobolem noſcat, ſobolesque parentem,
Ac plenis ſueſcant lactentia labra papillis.
Cum vero blandis vinclis utrumque ligavit

Pe-

---

(6) *Cornu iſtud* (Gamitadera *dictum*) *è ligno conſtructum ſolido, pollices non amplius quatuor longum eſt, foramine tantum recto perfoſſum, ſonumque reddit ſtridentem, & acutum. Eo in primis venatores utuntur ad cervos, aliaſque feras ad ſe vocandas.*

eĉtus amor, matremque urget jam cura tenelli,
apreolo ſemper larga intra ſepta retento,
ıcomitata parens aprico rure pererrat,
iſque venit fœtum materno paſcere lacte.
t tamen a paſtu reducem ſub clauſtra capellam
aſtor agit, matri plaudit balatibus hædus,
micat in campo creber, luditque per herbam.
Quod ſi paſtor amet, curæ pertæſus iniquæ,
nixam cum prole recens educere campo,
nmemor ingeniti prorſus plebs vilis amoris
ec mater gremio vecors demulcet alumnum,
ec proles confecta fame petit ubera matris.
Hæc ubi difficili complevit turba labore,
ontinuo bimo turbantes agmina cornu
ıcumbit caſtrare capros; patreſque reſignat,
arva quibus non dum velarunt cornua frontem.
unc totam ſubito videas pingueſcere gentem
emimareſque capros, hædoſque, hirtaſque capellas,
t magnum turpi lanio portendere quæſtum.
Interea niveis vernantia prata liguſtris,
rugibus & variis hortos Pomona decorat.
ix tamen arva novo florent ridentia vere,
gnitis cum tota movens pecuaria terris
urſus iter peragit, rurſuſque invictus obeſa
ure trahit lente, ducitque in prædia paſtor,
Iagnus ubi populus totâ regione coactus
nfenſo mucrone greges laniare paratur. (7)

Vil-

(7) *Greges caprini totidem eſſe ſolent in prædiis, quot ovil-*
i; totidemque capris, quot ovibus, greges conſtant.

Villicus hinc primum binas præcingere caulas
Sepibus excelſis, arctiſque ad limina valvis
Præcipit, & proprium partitur cuique laborem.
Hunc jugulare jubet pecudes, hunc tergore coſtas
Exuere, atque artus illum condire ſalinis.
Hæc ubi præſes agri conſultâ mente paravit,
Semimares pubes raptatos paſtibus hircos
Includit caulis, ac prima in ſepta remittit.
Oſtia tunc pleni prævertunt arcta caprilis
Hinc atque hinc bini juvenes, mucrone recluſo:
Alter obeſt, ne uno plures ſe limine fundant;
Fuſum alter cornu prendit; promptuſque prehenſi
Enſe ferit jugulum, læſumque in clauſtra relegat
Alterius caulæ rorantem ſanguine multo.
Mox alium atque alium nullo diſcrimine dextra
Verberat, & ferro candentia colla reſolvit.
Barbiger interea crudeli ſaucius ictu
Tollitur in cœlum gemitu, ſaltuque fugaci
Interdum ſepes altas tranſcendere viſus,
Purpureumque vomens lethali è vulnere flumen
Tranſmittit flavam curſu bacchatus arenam
Infelix, dum tota fluit cum ſanguine vita.
Protinus, exanimis ſecto plebecula ventre,
Exuit hirſuto fumantia tergore membra,
Diſcerpitque artus, adipis velamine primum
Nudatos ferro; partemque a parte remotam
Excipiunt prompti juvenes ad munia lecti
Quiſque ſuum munus jamjam complere parati.
Pars ſale conciſos aſpergit corporis artus,

Pars

ars vario macerat rigidas medicamine pelles,
t pars incumbit ſevum compingere pilis:
'mnia quæ præſes legat mox inde ſub urbem.
Nunc agite, & vires quando, mentemque ſecundam
uſſicit alma Pales; pingui ditiſſima porco
rædia, ſetigeroſque greges ab origine dicam. (8)
rincipio conſultus herus prope tecta domorum
ıcludit celſis apricum mœnibus agrum,
t binas ſumptu fingit prædivite chortes
Equore diffuſas, vitreoque liquore paratas.
Nam, niſi pura pecus recrearit fluminis unda
etigerum, nunquam dorſo pingueſcit obeſo,
ordea ſæpe vorax quamvis flaventia paſcat.)
ltera chors, fœtis colitur quæ matribus, æquor
'ndique præcinctum contractis ædibus offert.
ltera, quam vulgus rediens ex rure frequentat
emineum, immenſis conſtratis pulvere tectis
ingitur, & turbæ jucunda cubilia præbet.
ıde etiam maribus, disjuncta in prata remotis,
ıtus haris totidem, limphiſque, ac divite chorte
ıſtructas videas immenſis ſumptibus ædes,
'nde agros abeant turmæ tondere recentes.
Sed prius ardenti rodant quam mollia rictu
rva ſues; dum mane novum, dum Lucifer undis
xoritur, campoſque redux Aurora reviſit,
lunera ſollicitus largâ Cerealia dextrâ
)iſſeminat cuſtos, flaventiaque hordea fundit,
Agmi-

(8) *Prædia porcis educandis deſtinata ad* 10. *vel* 12. *millia* *rcorum educere ſolent.*

Agmina queis avidi ſolvant jejunia ventris.
Mox ſatiata petunt, pueris rectoribus, agrum
In plures diſtracta greges, effuſaque campis
Nunc tranquilla metunt ſinuato paſcua dente,
Nunc lætis luſura toris diſperſa feruntur:
Nec potis eſt gentem cuſtos cohibere fugacem,
Pinguia ni rigido proſcindat terga flagello.
Aſt ubi diffuſum campis pecus omne coegit,
Et medio Phœbus properat ſublimis Olympo,
Ocyus inſtructo rurſus longo agmine turmam
Circunſtante manu ſociûm, ſub tecta reducit.
Illa renidentis Titanis torrida flammis
Chorte recepta ſuâ vitreos petit anxia fontes,
Et gelidis æſtum gaudet relevare fluentis:
Ceu quondam cervus curſu vexatus anhelo,
Vulnere quem læſum longæ ſitis ardor adurit;
Exhaurit promptis undantia flumina labris.
Mox terris paſtor nitratis æquora chortis
Perfundit, cogitque pecus, ſaturatque ſalinis,
Ac tectis umbram mittit captare ſub altis,
Dum vires Phœbus curru impendente remittat.
Tunc armenta movet, mollique abrepta cubili
Vernantes iterum paſtus jubet ire ſub agri,
Et gramen tondere novum; ſpumantia donec
Mergat equos feſſos præceps in cærula Titan.
Ilicet ille greges opulenta ad tecta retorquet
Largaqueper chortem recluſis hordea ſaccis
Objicit, ac multo ſolatur viſcera paſtu.
Vix tamen hæc avido conſumit pabula dente

Cum

ım ſubito plebes obducti clauſtra ſuilis
ılverulenta petit, tritâque volutat arenâ
:tus, prolixamque capit per membra quietem.
Sæpe etiam fortes experta Cupidinis arcus
;mina ſollicitat flammis Vulcania conjux;
rventeſque mares ſejuncto è rure vocatos
mineo pecori permiſcet villicus agris.
on tamen ille diu confuſam gramine turbam
ıprudens patitur, mixtamque in chorte morari:
ıin etiam patribus lectis ex agmine denas
æfigit luces; queis magno examine prolem
ſcipiant, repleantque novâ penetralia gente.
Poſt, ubi porca tumens ingenti mole gravatum
gre uterum geſtat, porrectiſque arva papillis (9)
rrere viſa, ſtatim communi chorte remota
ſpitio paritura brevi concluditur arcta,
andis ubi pridem gentem manet area fœtam,
elixque latet diuturno carcere porca.
nc aliam atque aliam fœcundo pondere preſſas
guſtis concludit haris ſtudioſa juventus,
ixiſque replet contracta ſuilia turmis.
erdum nec prata Sui vernantia fœtæ,
c propriam quandoque licet percurrere chortem.
ra tamen videas totis fuſa aurea cellis
vitreo puros undantes fonte canales,
nguida queis mater, proliſque caterva recentis
rquentem placare famem, dirumque bibendi
Ar-

---

(9) *Papillæ ſupra modum porrectæ porcam indicant illa die ıituram.*

Ardorem poſſit nitidis extinguere limphis.
Mox, ubi progeniem repetitis nixibus edit
Turba ſuam, cautis oculis examina luſtrat
Villicus; & quos tenues, aut mole minores
Reperit, immeritos ſubito dat prodiga pullos
Dextra neci, quinis tantum, terniſve relictis,
Quos plenis fœcunda parens alat uſque mamillis.
Parva tamen legio clauſis jucunda recluſis
Effundit ſeſe, bis denis lucibus actis,
Et teneros luſura ciens per clauſa ſodales
Atria, præcipiti gaudet concurrere plantâ.
Inde volutabro juvenilia membra revolvit,
Et lutulenta petit detentam carcere matrem,
Uberaque exhaurit labris conferta tenellis.
Æquora tum chortis repetit, tum limina matris,
Itque reditque viam totis feſtiva diebus.
Quatuor ut vero numeravit cornua Lunæ
Chortibus excedit ſubito numeroſa juventus
In plures diſtincta greges, latoſque per agros
Improviſa ruit paſtus tonſura virentes.
Maſcula ſed pubes, nunquam viſura ſorores,
Acta loco longè, campis, ubi turma parentum,
Pellitur, & tectis hæres ſuccedit avitis,
Femineis pullis muliebri in chorte relictis.
Villicus hìc caſtrare jubet matreſque, patreſque
Atque ſaginandas aurato ſemine turbas
Providus obſignat, patreſque in rure futuros,
Quos poſtrema dedit porcos fætura novellos.
Cum vero caſtrata fabis armenta ſaginat,

ec pecus, ut quondam, lætis ſpatiatur in arvis,
ramina nec deinceps campi florentia mandit;
horte ſed ignavum noctesque dieſque moratur
ente fabam crebro, flaventiaque hordea paſtum,
ertia decreſcens acuat dum cornua Phœbe.
unc artus magnâ circùm pinguedine tectos
enta trahunt pecudes. Sed largus villicus inſtat
ıdica denſatæ frumenta obtrudere genti,
um quæſita prius moveat faſtidia menſa
uminaque aſſiduo ſuccumbant victa ſopori.
Haud mora: continuo ferro præcincta juventus
gmina craſſa movet; raptiſque ex agmine porcis
ic jugulum duro tenerum mucrone reſolvit,
le adipem ſolers ſubjectis purgat ahenis,
rtubus aut piſtis farcit de more ſagimen,
etera dum condit denſatum turba cruorem.
rvet opus, menſaſque parat laniena ſuperbas,
ıeis opulentus herus repetat cum fœnore ſumptus.

Finis libri undecimi.

RUSTICATIONIS MEXICANÆ

LIBER DUODECIMUS.

Fontes.

NOn mihi præcipites violentis fluctibus amnes,
Pinguia maturis populantes meſſibus arva
Cura ſequi. Blando vitrei me murmure rap-
Uſque redundantes niveo de pumice fontes, (tant
Tuta queis Nymphæ captant ad littora ſomnum.
Numina, quæ tacitas ripas habitare ſueta
Fronde ſub umbroſâ frigus captatis opacum,
Lacteaque alternis recreatis membra fluentis,
Dicite, quo duras proſcindant impete cautes,
Ac rupto ſaliant reſonantes marmore rivi;
Munere ſi veſtro manant è rupibus undæ.
Æthereas quà ſacra domus ſe tollit in auras
Turribus inſignis, vaſtiſque auguſta columnis,
Religione virûm multis cumulata talentis;
Cujus inauratis nitidas fulgoribus ædes
Ornatas gemmis, argento, auroque recocto
Cœlituum Regina tenet *Guadalupia* Virgo,
Plurima quæ largâ partitur munera dextrâ;
Hàc rivus mediis ebullit ſalſus arenis

Im-

'mpuris limi commifcens fæcibus undas,
Quæ fauces alveo fitientes turpiter arcent.
'cilicet infectis tetrâ falfugine campis
'bibit ingratos labris fons ille liquores.
Aft fi lenta tibi febris præcordia rodat,
)ivinofque velis pulfare Machaonas omnes
pfe tui factus languoris doctus Apollo,
\rripe turpatum commixtis fordibus amnem
)efpectoque gravi limique, falifque fapore,
'bibe cœnofo certam cum fonte falutem.
Hinc etiam medio putei miraberis alveo
mpete fic magno luteas erumpere limphas,
Jt plenum credas amnem fluere inde per æquor.
'ix tamen alveolo difcedit fordibus humor,
'um fubtilis aquæ reptat per gramina vena.
Quippe undas furialis agit vefania venti
'arcere conclufi tetro, rabieque malignâ
'er rimas agri cœlum quærentis apertum.
Nil autem nomen peperit præftantius undis,
Quam facto miranda novo fublimis origo.
oannem-poftquam-Didacum *Vadalupia* Virgo
Aexiceafque palam clemens inviferat arces,
nfolitis Indus (1) mentem turbatus & ora
'rodigiis, amiffa negat fe figna locorum,
Quos plantis Regina fuis facraverat antè,
'offe fequi; mediifque hæret fufpenfus in arvis
ncertam ducens fociûm per devia turbam.

K Cum

(1) *Indo Mexicano, cui* Guadalupana *Virgo apparuit, Io:)idacus nomen erat.*

Cum ſubito ruptis ſalſi compagibus agri
Terra ſalutiferos (dictu mirabile!) rivos
Ructat, certa loci quondam monumenta futuros,
Virgineos cui Diva pedes inſculpſerat olim. (2)
Ut ſolet interdum Princeps, cum ſedibus hoſpes
Succedit, cumulare amplis penetralia donis,
Hoſpitibuſque ſuum teſtari gratus amorem:
Haud ſecus hoſpitio Virgo ſuſcepta benigno
Prata ſalutigeri decoravit munere fontis,
Æternumque urbi pignus conceſſit amoris.

Hocce quidem patiens laudis viduatur honore
Dulcis aquæ rivus vicina ad tecta redundans
Exigui pagi, *Tzapopan* nomine dicti.
Sed quæ rara polus fonti portenta negavit
Donorum fæcunda parens natura rependit.
Funditur immenſus ſiccata per æquora campus,
Nullus ubi effuſis humectat rivulus undis
Jugera preſſa ſiti, quam non compeſceret Iſter,
Totaque flammatis Solis fervoribus uſta.
Non ibi cultus ager flaventia ſemina reddit,
Nec natis arbor curvatur frondea pomis:
Ac niſi cauta ſolum velaret gramine tellus
Horrida vel pecudes ſiccis arceret ab arvis.

Qua vero exigui ſurgunt magalia pagi
Tzapopæ, binas in partes ſcinditur æquor,
Imbreque manantem largo recludit hiatum.
Intus enim gremio foſſæ penetrabilis alto,

Egre-

(2) *Vide ſis, Zodiacum Marian. P. Oviedo part.* 2. *cap.* 1. §. 7.

gregios artis longe ſuperante labores
aturâ, rectâ tectum ſe fundit in auras
umice connexum nullo, totumque puſillis
Indique compactum globulis ſubtilis arenæ,
bruptamque offert ſecta compage cavernam,
on clauſam Phœbo, tenebriſque nigrantibus atram,
ed quæ avido bibit ore diem, noctemque repellit.
Non tamen undante quiſquam penetrare receſſum
uſit, ni magno cœli fervore coactus
mne velit gelido totum perfundere corpus.
ot ſiquidem dulces protenſo è fornice guttæ
ryſtallo ſimiles, antri per inane ruentes
ræcipitant, ruptos ut credas æthere nimbos
ubjectum rorare ſolum pluvialibus undis; (3)
uin tamen imber humum ſimili diverberet ictu:
extrâ namque ſpecûs magnas faſtigia guttas
eſſeminant; quales pluviâ impendente feruntur
n terram, ſubitumque cient per tecta fragorem.
enſilis at vero cameræ de parte ſiniſtrâ
eucalionæos tectum ſe fundit in imbres.
t ſolet irriguos, liquefactis nubibus, agros
lluvies Auſtralis aquæ replere fluentis
rdua concutiens pluviali tecta tumultu,
empore quo terras urit Leo fervidus æſtu:
laud aliter limphis ſudant laquearia foſſæ.
ccupat hinc luſtri medium denſiſſimus imber;
ed blandus, ſed lenis aquæ, ſed murmure lento

 For-

(3) *Deſcriptio adeo fictione vacat, ut fons iſte non alio quam luvia nomine cognoſcatur.*

Fornicis undantis ſenſim delapſus ab alto:
Qualis ubi inflexâ nimboſus Aquarius urnâ
Diſtrahit in tenues cœli per inania guttas
Flumina tranquillo ſegetes rorantia lapſu.
Inde ſuper videas humentia ſtrata receſsûs
Æquora diffundi tumidis undantia bullis,
Quæ vitreum ſubito tacitæ glomerantur in amnem
Et totam cœco percurrunt impete foſſam.
Has tamen ingenti pluvias diſcrimine luſtrum
Diſtinguit, varioque ſagax inſignit honore.
Nam, quæ ſæva lacum fuſis quatit imbribus, unda
Opprimit inſolito turgentem pondere ventrem.
Quæ vero è ſummo guttatim volvitur arcu
Impendentis aquæ ſimulans alterna fragorem,
Non ita difficili vexat præcordia mole.
At quæ tranquillo, tenuique adlabitur imbre,
Nata levare ſitim, Phœbique arcere calorem,
Nec plenis epota cadis levis unda nocebit. (4)
Quàm vero præſtant riguæ ſpiracula limphæ,
Flumine quæ vitreo, ſolidoque è marmore tracto
Uruapam circum facilis decurrit amœnam.
Illa urbem propter, montis radice ſub alti,
Saxea telluris violento viſcera rumpit
Impete, & horrentes linquens fugitiva cavernas
In-

(4) *Mihi perſuaſum habeo, aquas omnes dulces ejuſdem eſſe ponderis. Sed cum aliæ citiùs, aliæ tardius viſcera penetrent, Idque vulgò earum levitati, aut gravitati tribuatur, placuit Pithagoricæ ſententiæ in deſcriptione indulgere.*

Inde per ora novem ternis hiſcentia palmis,
Nec vaſto ſpatio multum diſtracta viciſſim,
Erumpit convexa tumens argentea limpha,
Aſpergitque omnes bullis turgentibus alveos.
Quiſque fugâ deinceps labris ſe ſubtrahit arctis
Fons, vaſtumque petens, ripâ crepitante, canalem
Undantem replet geminatis fluctibus amnem.
Reptat humi rivus curſu per opaca ſonoro,
Abluit *Uruapam*, campoque eductus aperto
Saxa per, & glebas barathrum declivis in altum
Accelerat greſſum; præceps ubi foſſa profundam
Vallem aperit duris horrentem cautibus, atque
Virgultis denſam rimosâ ex rupe renatis,
Quæ pennata cohors volucrum feſtiva frequentat.
  Hanc vero in vallem præceps inſtante ruinâ
Volvitur amnis aquâ cœlum volitante per omne.
Nec tamen æquali clauſtrum tranſcendere ſaltu
Torrenti natura dedit: pars quippe ſupremas
Conſcendit rupes, horrentia labra, canalis;
Indeque præcipiti ſaltu petit ima per auras,
Dum reliquum lato, limphæ ſtagnantis adinſtar,
Alveo ſubſidit flumen, ſimulatque quietem.
Nam cum dura ſilex hinc inde repagula tollens
Innumeris circùm rimis inciſa fatiſcat,
Ceu magnum denſa terebratum cuſpide cribrum, (5)
Præbet iter tectum clauſo ingenioſa liquori.

(5) *Huic fonti* Tzararaqua *nomen eſt, quod in lingua Taraſcenſi, Provinciæ Michoacanenſis propria, cribrum denotat.*

Hinc cautes ſummo compreſos impete fontes
In jactus totidem, quot rimis dura dehiſcunt
Mænia, diviſos ludens jaculatur in auras.
Ceu tenſo quondam nervo contorta ſagitta
Impete lapſa fero vacuum proſcindit inane
Effugiens arcum magno conamine flexum:
Haud ſecus unda fluens curſu fugit alite ſaxa.
Aſpera quæ ſuperat violento mænia ſaltu
Unda tenet medium: cribroque eliſa frequenti
Hac illac fluvio ſalienti e rupibus aſtat;
Raraque divinæ referat miracula dextræ.
Inde lacum quatiunt lapſo jam fonte coactum,
Vitreus unde fluens ſinuoſis flexibus amnis
Algenti recreat pecudes, agroſque liquore.
Non ita rivus aquis unquam refrigerat arva,
Quem tetra clivus revomit *Chucandirus* alvo.
Ille per auriferæ ſilicis præcordia curſu
Præcipiti fertur cæcum terebraſſe canalem,
Magninimoque auſu pinguem penetrare fodinam.
Ut vero torvi Plutonis regna reviſit,
Volvitur in præceps patulo fons aureus ore,
Non gelidum rigidis eructans faucibus amnem
Fertilibus campi recreandis fœtibus aptum;
Sed ferventis aquæ glebas rigat ille fluentis,
Ut limphis mollire dapes, carnemque domare,
Ac tauri poſſis coſtis avellere tergus.
Si tamen æger ames quemvis expellere morbum,
Tu ſolers propter fumantia flumina thermas
Extrue: dumque ignem furialis limpha remittit,

Mem-

Membra tepeſcentes demergas creber in undas,
Tota quoad fracto diſcedat corpore peſtis:
Tabida ni febris lento fervore medullas
Rodat, languenteſque diu tenuaverit artus.
Scilicet in certam pellit fons ille ruinam
Tabe laborantes, lethoque immergit acerbo.
Inſolitis etiam ferveſcunt æſtibus undæ
Grata ſalutifero rorantes flumine rura,
Vilia quæ tenuis cingunt magalia pagi,
Nomine quem proprio effert Bartholomæus in aſtra.
Dives erat proptèr ſpectandus gramine multo
Campus, ubi parvo curvantur jugera dorſo,
Tectaque viſceribus latitat Vulcania peſtis
Undique flagrantes dorſi radice liquores
Eructans, multoque immiſcens æquora fumo.
Parvus enim puteus ſubjectis ignibus uſtus
Tam violenta tumens incendia concipit æſtu,
Mœnibus ut propriis, nigriſque iratus arenis
Bulliat inſanus, cœlique ad culmina nubem
Fumantem tollat, Solemque umbrare minetur.
Aſt mirum, quantùm parvo digreſſus ab alveo
Et lætas faciat ſegetes, & largus ariſtis
Fœnore multiplici Cerealia munera donet.
Non campus gravidis fuſos de nubibus imbres,
Nec limoſa ſitit turgentis flumina Nili;
Ductilibus roret puteus dum pràta fluentis.
Nemo tamen fontis calidas ſitit amplius undas,
Quam duri gravibus morbi cruciatibus uſtus.
Nullus enim tanto vexabit membra dolore,

Nec putridis adeo depaſcet febribus artus
Morbus, quem calido non pellant balnea fonte.
Non febris, non plaga putris, non gallica peſtis,
Nec quæ perpetuis conſtringit corpora vinclis
Prava lues, unquam limphis immota reſiſtet.
Præterea crebro terebrata foramine tellus
Ardentem circum puteum, nunc ignea limphas
Ferventes revomit, cœco nunc impete fumum
Projicit, & totum cœlumque, agrumque vapore
Umbrat. Quæque tamen pretioſo provida limo
Large ſpumanti, ac tergendis veſtibus apto,
Rima verecundis ſemper ſuccurrit egenis. (6)
Indica ceu veſtes Aloe (7), potumque, ciboſque,
Tectaque Mexciceis conſtanti munere donat:
Haud ſecus accenſus rapido fons limpidus æſtu
Smegma tibi, limphaſque dabit, certamque medelam.
Nil tamen occiduos exornat gratius agros
Quàm largis rivus limphis inſignis & ortu,
Priſcus *Aticpacus* quem cœlo laudibus æquat.
Subter enim vicum tellus ſaxoſa dehiſcens
Aſpera ſublimis recludit viſcera montis,
Ingentemque aperit nivea inter marmora foſſam
Collibus hinc atque hinc ſeptam, ſcopuliſque rigentem.
Quæ

---

(6) *Pauperes veſtibus ſuis tergendis hoc limo pro ſapone interdum utuntur.*

(7) *Planta iſthæc* Maguei *appellata quoddam vini genus* Pulque *dictum ſuppeditat largiſſime. Folia pro tegulis aptant Indi, iiſdemque aſſis pro cibo utuntur; ni ex eorum fibris fila ducant, telaſque conficiant.*

Quæ cyathum tereti referens curvata figurâ
'olvitur in gyrum, muſcoſoque hiſpida mento
axa tegit vaſis, quod non alata ſagitta
'rajiciat, nec Cola queat ſuperare natatu.
Imminet huic cyatho præcelſo vertice conus,
ırbore denſus apex, frondiſque obſcurus ab umbrâ,
t qui ſublimi ſuperante cacumine nubes
olus opem poſſet turbæ præſtare gigantum,
i celſum rurſus vellet conſcendere cœlum.
nde per abruptas reſonanti gurgite rimas
'ræcipites rorant niveis de rupibus amnes
mmenſam claro qui totam flumine foſſam
ceplent, & grato pulſant cava ſaxa tumultu.
ıſt adeo purus manat pellucidus humor,
Jt piſces valeas facile numerare natantes,
Calculus & fundo pateat numerabilis omnis.
Cum vero vitreis muſcoſas abluit undis
Cautes, turgenti decurrens gurgite latus
ımnis iter præbet ratibus venientibus alto,
nceditque gravis per amœnos frondibus agros,
Nunc lucos rorans dextrâ, nunc prata ſiniſtrâ,
'ergemino donec contingat vortice pontum.
Dulcior at nobis largo fons vitreus amne,
Mollis ubi populus languentia corpora thermis
Recreat, & nocuum gaudet lenire calorem.
Non formoſus aquas viridanti culmine clivus,
ıut vomit abſciſſo ſcabroſus marmore collis,
ed medio paulum ſubſidens æquore foſſa
Exſecta in lunam, viceniſque amplior ulnis,

Ari-

Arida quam circùm muris argilla coronat.
Inde potens agri gremio natura recluſo
Per bis ter ſectos nullo ſudore canales
Ingentem populo cumulum permittit aquarum.
Ut tamen accepto miſceret ſeria ludo,
Alternis fontem ſolers inſigniit undis.
Hæc ſiquidem calido deſudat flumine rima;
Illa tepeſcentem facili vomit ore liquorem;
Frigida queis alio ructata foramine limpha
Succedit, variiſque replent humoribus alveum
Mobilibus ſtratum globulis candentis arenæ.
His opulentus aquis medio fons ſemper adornat
Balnea rure, gelu mixto jucunda calori;
Quæ neque marmoreis alibi fulgentia labris,
Vana nec argento quondam radiantia puro
Ductilibus potuere unquam ſuperare fluentis.
Ah! Quoties olim tepidis demerſus in undis,
Ebria cum tumidis undat vindemia botris,
Fracta ſalutiferis recreabam corpora thermis:
O! utinam feſſo rurſum mihi priſca licerent
Balnea, cryſtalloque pares inviſere fontes,
Et cœlo, terrâque iterum gaudere benignis!
Sed quoniam truculenta negat Fortuna levamen
Omne mihi, facili modulatus carmina plectro
Dulcia rura ſequar, doctaſque Heliconis ad undas
Turbida ſylveſtri ſolabor tædia cantu.
Vos rupes, Nymphæ, vos veſtros pandite fontes,
Et patrii miranda ſoli reſerare profeſſi
Mexiceæ majora Deæ portenta canamus.

Pagus erat latis *Iſtlanus* nobilis agris
Et riguis opulentus aquis, ac divite glebâ,
Quam partim cupidus raſtris domat uſque colonus,
Armentis partim largus concedit alendis.
Hinc lætas videas meſſes flaveſcere terrâ,
Ac paſſim tondere altos pecuaria paſtus.
Divitias agri mediis effuſus arenis
Illimi fons auget aquâ, quæ jugera circum
Funditur, egregiumque ſibi per ſæcula nomen
Fecit. Namque per abruptum fons miſſus hiatum
Cum vagus effuſos campos riget amne perenni,
Attamen alveolo quiſquam ſi forte propinquet
Obtutu luſtrare vigil miranda fluenti,
Protinus unda pedem, veluti ſuffuſa rubore,
Cauta refert retro, greſſumque exterrita torquet; (8)
Moxque iterum latici vitreas producit habenas.
Ut ſolet herba toro ſurgens *Pudibunda* virenti
Ingenti bifidas luxu depromere frondes;
Si tamen ipſe comas unquam temerarius auſis
Incautâ tractare manu, tunc ilicet omnes
Herba plicat frondes, roſeo correpta pudore: (9)
Non ſecus unda pudens oculos fontana refugit.

Quod

(8) *Hic aquarum regreſſus, quolibet ad fontem accedente, ideo notum eſt in omni provincia Michoacanenſi, ut nullus ſit, qui dubitet.*

(9) *Herba Pudibunda, ſeu verecunda dicta, lippis ac tonſoribus nota eſt in omni America ſeptentrionali; de eaque diſerte agit Polignac.*

Quod ſi tantillum rivi digreſſus ab alveo
Ingenioſus ames paſſus iterare relictos,
Cunctantemque priùs repetito examine fontem
Aſpicias, fluitans non amplius unda moratur,
Sed curſu reptat celeri fugitiva per agrum.
His autem majora tibi portenta recludit
Crebra jugis, Phœboque flagrans *Guaſteca* furenti.
Non pavidas undas, nec ſtagna fluentia vitro
Jactat; ſed limpham, promptas quæ vocibus aures
Porrigit, ingratoque furit commota fragore.
Tollitur è calidæ gremio telluris amæno
Tranquilla fons mitis aquâ, tenuique ſuſurro,
Culmine quem clivus ructat *Tamapachius* alto,
Tergaque delapſis rorat vernantia limphis.
Aſt placidi fontis cornu ſi forte ſonoro,
Incautuſve agites raucis clamoribus amnem,
Unda furens ſubito magnas exardet in iras,
Sævit inops animi, circumque inſana per alveum
Ducitur, & jactis putei quatit aſpera limphis
Mœnia: quòque magis litui clangoribus æther
Perſonat, aut alto montes clamore tremiſcunt,
Hòc magis, amenti ſimilis, furit undique rivus.
Ut vero poſito tranquilla ſilentia cornu
Succedunt, aut ora ſonum, vocemque coercent,
Fons rabiem ponit, nec rurſus commovet undas. (10)

Non

(10) *En la Guaſteca . . . en la cumbre de Tamapachi eſta una fuente, que con las voces, o con ruido de trompetas, ò clarines ſe inquieta, y ſale con grande fuerza; y ſi multiplican*

Non ita flagranti vesanis fluctibus iræ
eguacanus aquâ lætos fons irrigat agros; (11)
ed foliis leviora parit per saxa fluenta,
emina queis reddit pinguis flaventia gleba.
mnis enim gremio missus telluris ab imo
Equora nequaquam perfundit fonte perenni;
lternis sed enim manat mutabilis horis,
unc grato virides irrorans flumine campos,
unc, inter montis cursu spelæa retento,
eftituens parcus sitientes prorsus arenas.
ec compressa siti rursus fluit unda per arva
uin prius e sectis horrentia flamina rimis
æmittat, trepidoque sonent cava lustra boatu. (12)
t solet instabili rivus *Lavyelius* amne
unc instare labris, nunc furto abducere limphas,
unc superare moras, nunc inter saxa morari. (13)
Nec tamen hos tractus adeo fæcunda decorat
Pro-

---

voces, multiplica su furia, y en callando sosiega. Vetancurt *eatro Mexic. p. 1. t. 2. c. 6.*

(11) *Proprius urbis nomen* Tehuacan; *vulgo tamen* Tegacan.

(12) *Entre los quales un riachuelo, que nace en* Tehuacan *... el qual no corre de ordinario, sino a horas: porque se , que una hora corre .... y por otra se suspende .... Y es manera este prodigio, que todas las veces que el agua asoma esta boca, viene busando, y embiando por delante cantidad ayre, que haze espantoso ruido. Torquemada t. 2. lib. 14.* . 30.

(13) *Vide Bomare verb. fontaine.*

Prodigiis natura ſuis, ut cætera faſtu
Æquora deſpiciens, ipſis portenta negarit:
Quin etiam diris *Nexapa* obnoxia morbis
Fontanos docuit latices manare viciſſim.
Surgit enim celſum mediâ regione cacumen
Supremâ Phœbo minitans cervice ruinam,
Cujus per latum, ſciſsâ radice, foramen
Purior argento, vitroque ſimillimus amnis
Manat, qui luces curſu metitur & umbras
Alterno, Solemque fugit, Lunamque requirit.
Vix ſiquidem flavas Solaris lampas arenas
Lumine perfundit, Phœboque effulgere fluctus
Incipiunt, cum limpha gradum taciturna retorquens,
Ceu Solis radios odio naſcentis haberet,
Continuo nigro ſe claudit montis in antro.
Aſt ubi Phœbus equos Neptuni mergit in undas,
Humida nox inſtat, Phœbeque incerta propinquat,
Ocyius inſtabilis repetit ſua flumina curſu
Fons celeri, campoſque irrorat noctis in umbris.

Larga tamen nuſquam plures natura coegit
Prodigio ſimiles fontes, quàm montis in alvo
Lenibus undanti labris, luſtriſque frequenti,
Quem populi priſcâ *Quincum* de voce vocarunt.
Nunc ſiquidem videas fluitantes amne cavernas
Dulci; nunc liquido ſudantes ſulphure; fontes
Nunc etiam ſalſos nitrato flumine, cujus
Candenti ſpumâ faſtigia dura renident.
Hæc gelidâ rorat celſo de culmine foſſa;
Illa per occultos calido fluit amne canales;

i mordax revomat per rimas cautis alumen.
ndique limpha fluit vario medicamine mixta
ongrua deliciis, & morbis nata mederi.

Finis libri duodecimi.

RUSTICATIONIS MEXICANÆ

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Aves.

INdigenas cano ruris aves, (1) quas prædia lucis
Uſque renaſcentes donant obſonia menſis;
Et quas umbroſo ramorum nigra receſſu
Sylva tegit pictas vario ſplendore colorum,
Et blandas reſono modulantes gutture voces;
Ac demum quas arma juvant, & vivere rapto.
Magna quidem aggredior. Veſtras reſerate, Napææ,
Vallis opes, totoque omnes accerſite luco
Ante oculos volucres, moreſque, habituſque benignæ
Dicite, & alternos nemoris per frondea cantus.
Innumeras quondam ſylvis America volantes
Condidit inſignes nitido velamine plumæ,
Egregiaſque adeo dulcis modulamine linguæ.
Inde etiam patrias cicuratas chorte volucres
Nutrierat, multoſque ſinu complexa feraci
Edi-

(1) *De avibus in hoc libro, deque feris ac ludis in continentibus duobus dicturus monere operæ pretium duco, nequaquam mihi propoſuiſſe omnes omnino in medium adducere; quod profecto carminis hujus anguſtias prætergrederetur; ſed nobiliores tantum, atque inſigniores.*

diderat teneros pipienti examine pullos,
:ùm generoſa dedit nobis Hiſpania dono
;allinas, charæque tulit convivia genti.
t vero Hiſpanus vectas ſuper alta carinis
:hortibus has junxit, præſtantia dona, volucres,
;allinis reſonant paſſim glocientibus urbes,
rædiaque, & pagi, & miſeræ magalia plebis.
uis tamen has memoret, poſtquam Vanierius omnes
rovidus implevit pretioſo munere chortes,
oniamque tulit, Phæbo plaudente, coronam?
Chortibus hinc tutis, & chortis gente relictâ,
n nigras ſylvæ tacitus decedo latebras
allere ſylveſtres laqueo, viſcoque volantes.
Jamque Indum longe nemora inter frondea Pavum
gmine denſato ſobolis, turbâque ſororum
ipatum cerno gramen tondere ſub umbrâ.
am modo qui longo chortes examine replet,
ontinuiſque agitat noſtras clamoribus aures,
icoluit nemorum, nullo moderante, receſſus,
incipiumque trahens ſilveſtri a ſanguine patrum
mmortale genus frondoſo in monte reliquit.
Segnis ad effuſum volucris montana volatum
ævalet ardenti prolixa per æquora curſu.
lla ſagax nidos ſubter virgulta tenellos
onſtituit, gaudetque umbris obducere prolem,
t totam ſociûm, Phæbo flagrante, catervam.
t vero auratum Titan caput extulit umbris,
icet in campum turbam mas ducit amænum,
lterniſque orbes innectens orbibus unus

Accensum sociis intus testatur amorem.
Turgidus ingluviem, colloque in terga retorto
Erigit hirsutas magno conamine plumas,
Radit humum pennis, velatque proboscide rostrum,
Expansoque altæ sinuoso firmate caudæ
Flexilis in gyrum toto devolvitur agro,
Et circum denso cingit glomeramine Pavas.
Utque omnes petulans turbæ persolvit honores,
Fonte levare sitim vicina in flumina ducit
Inde reducturus nota ad virgulta sodales.
Tu tamen ut captis agites convivia Pavis
(Quippe cohors avium, nescit quæ septa domorum
Obtegit auratâ totum pinguedine corpus.)
Sollicitus dextrâ teretes tibi sume bacillos,
Et dum turba levis sub frondis pipilat umbrâ,
Pelle loco denso, productumque ejice in æquor.
Illa catervatim cursu se proripit acri,
Præcipitique fugâ patulum se fundit in agrum.
Ocyus ipse tuis jactis in crura bacillis
Obtruncare pedes, lucoque arcere labora.
Illa pedes subito binos truncata quescit,
Et gemebunda sedet frondentis gramine campi.
Ast solet interdum noctis pennata sub umbras
Turba virescentes alis conscendere truncos
Arboribusque latens placido indulgere sopori,
Ipse tuos solers laqueis tunc cinge bacillos,
Et socium magna munitum lampade tecum
Educ, qui flammis Pavorum lumina pascat.
Ut vero tacitâ laxarit membra quiete

Ali-

lituum fociata cohors, rumore profundum
umpe gravi fomnum, flammatamque objice tædam
urbæ commotæ, fubitoque fragore timenti.
la corufcanti fubjectam lampada luce
uminibus luftrat fixis, porrectaque colla
btutu mirata jubar defigit in uno.
uftica ceu quondam, campifque affueta juventus,
ppida quæ nunquam, nec magnas viderat urbes,
quando auratos liceat fpectare penates,
fcia turba filet, mentemque per omnia volvens
ircumfert oculos, laribufque abfcedere nefcit.
terea quercum fenfim confcende comantem
rmatus baculis, cautufque filentia ferva.
inc Pavi collum laqueo connecte retortum,
nexumque ftatim fublimi dejice trunco,
uem focii ramis delapfum dextra prehendat.
ox alium atque alium laqueatis prende bacillis,
um totam Pavis quercum nudaveris altam.
Mole refert Pavum criftatus Phafidis ales
u fulvus fuerit, nigrâve rubigine tinctus:
: molem facilè præftanti corpore vincit.
igit ille brevi fublimem vertice criftam
ollibus effictam plumis, cultuque decoram;
: Cyprium flavâ pennâ referente metallum,
it potius nigrâ pulchrum fuperante Gagatem
tegit egregios artus; croceoque veneno
rura nitent, roftrumque audent æquare colore.
on celeri volucris præftat feftina volatu,
ec celfas audet pennis confcendere pinus:

 Sed

Sed ſuperat crebro nemorum ſublimia ſaltu
Arduaque impavidum gaudet captare ſoporem.
Tarda tamen pennis, plantis producta citatis
Æquora metitur; campoſque emenſa patentes
Eludit celeres ſubeuntes pone moloſſos.
Hinc opus eſt laqueis rapidam captare volantem,
Lædere vel jacto lethalis fulmine plumbi,
Regia ſi cupias obſonia ponere menſis:
Quippe avibus præſtat reliquis jucunda ſapore,
Lautaque magnifico decorat convivia luxu.
Et ſi mactandis deſint aconita moloſſis,
Ipſa tibi dirum præſtabunt oſſa venenum.
Si vero Scythicâ chortes augere volucri
Pronus ames, laribus volucris cicurata benignis
Atria tota domûs pipienti prole replebit.
Interdum binis avibus, quæ curſibus auras
Prævertunt, ſocium gallus ſe Phaſidis addit.
Altera, quæ plumbi ſimulat pennata colorem,
Garrulitate potens, *Chachalacaque* nomine dicta,
Robuſtas nunquam gallinas artubus æquat.
Altera, quæ plumâ ſordet velata nigranti,
Pava peregrino de nomine dicta colonis,
Corporeâ ſuperat gallinas mole minores.
Garrula prima ſtatim luco ſe prodit amæno,
Inſidiiſque virûm nigros indagine ſaltus
Luſtrantum capitur crocitantis murmure linguæ;
Dum ramis tacito nigrantibus ore quieta
Paſcitur interea maturos altera fructus.
Neutra tamen menſis præbebit pinguibus eſcam,

'i ſimul ac fato volucris concedit acerbo,
enator plumis promptus nudaverit artus,
ſudaque paulatim frigeſcant aere membra.
iſcera ſi vero ferventi traxeris alvo,
'ulla ſatis fuerit duratum flectere pectus
lamma, furetque datis fruſtra Vulcanus habenis.
Eminet aſt ſylvis, Latonæ ſacra volucris,
erdix, inſigni ſemper quæſita ſapore;
uam lætis comitatur agris peregrina Coturnix,
olemneſque dapes menſis regalibus offert.
traque ſublimes impos conſcendere frondes
ropter humum celeri ſcindit ſuſpenſa volatu
era denſatum, vileſque abjecta penates
ıcolit, & nidos ſubter virgulta locatos
ullorum fœcunda parens examine replet.
inguibus his avibus ſolers hic retia tende;
ut ſenſim tacitis figens veſtigia campis
Iocte quieſcentes, preſſaſque invade ſopore,
i quandoque velis regali accumbere menſæ.
His ſociatus edax frondoſis agmina campis
'urdus agit, nigroſque metu correpta Palumbes
Iontes innumeris avibus ſtipata frequentat,
pta quibus licuit venatu lina parare.
Has tamen alter amet menſas, prædamq. recentẽ
'ndique collatis apponat feſtus amicis.
Ie juvat alituum cantus haurire ſonoros
ıuribus, atque oculos vario recreare colore.
Ac primos dulcis tollat *Julqueus* honores,
gregium cui penna tegit totum aurea corpus

Eximiâ formâ præſtans, ac Paſſere majus.
Guttura nigranti fulgent diſtincta colore,
Et caudâ, longiſque unà nigrantibus alis
Miſcentur pennæ pennis albentibus atræ.
Illa cito volucris noſtris cicuratur in aulis,
Inque humeros veniens ſaltu feſtiva frequenti
Ore legit Cererem, cantuque arguta ſalutat,
Et dominum variis oblectat candida ludis.
    Non ſic alternis variatur nobilis ales
Paſſeribus longe major, ſed munere formæ
Inſignis, tyrio velat cui tincta veneno
Membra chlamys fluitans, totumque a vertice fuſa
Egregium roſeo decorat velamine corpus.
Ille quatit rectâ criſtam cervice rubentem
Plumis effictam levibus, oculiſque ſerenis
Educit ſuaves reſonanti e gutture voces.
    Sed præſtat dulci famoſa Acredula cantu
Præſtanti forma, terniſque coloribus aucta.
Luteolis mixtas maculis cineraceus ales
Oſtentat niveo plumas candore micantes
Molliaque argutis oculis ſpectacula præbens,
Concentus, Philomela, tuos imitatur acutos.
    Nulla tamen *Pito* volucris certare canendo
Aut æquare poteſt dulcis modulamine vocis.
Olli turpe caput, breve roſtrum, ac plumbea veſtis,
Et mœſtum gracili præſefert pectore luctum.
Ut vero modulis mordaces fallere curas
Incipit, & vocem ſuaviſſima colla canoram
Flectunt, ſollicitum preſſo de corde dolorem
Pro-

rojicit, insolitâque aures dulcedine mulcet.
Hanc habitu simulat volucris, pennisque referret,
)uæ valles habitat pronas, saltusque frequentat,
Ji longas fuco flaventi immergeret alas.
lla tenebrosis sylvarum condita ramis
;ymbala concentu visa est pulsare sonoro.
rincipio volucris tinnitu murmurat alto,
ffusis exinde aliis lusura camœnis,
)ulcia dum simili tinnitu guttura claudat.
Non ita festivo resonat tristissimus ales
;antu, *Centzontlus* fucato nomine dictus, (2)
)mnia consimilis Merulæ formamque, coloremque;
t minor est cantu, gratis & vocibus impar.
)ulce canit volucris, sed mœsto pectora luctu,
'ristitiæque lares densatis nubibus umbrat.
Sed quæ crudeli compressit corda dolore
lle, levat dulci parvus modulamine *Risis*
;æruleo totum velatus tegmine corpus.
Isque ciet modulos caveâ festivus in arcta;
t si luce nigras noctis pulsaveris umbras,
lle tibi blandis mulcebit lusibus aures.
Mole coloratus vario medicamine passer
t gratis etiam *Risem* concentibus æquat.
ſt quantum rutilis præstat fulgoribus ales!
ydonio totam fucatam murice plumam

---

(2) *De vero* Centzontlo *plura dixi lib.* 1. *a v.* 216. *sicut iam de Paßere Mexicano ibid. a v.* 214.

Oſtentat, violiſque caput, fucoque nitentes
Cæruleo pennas mixtas fulgente ſmaragdo.
Nil tamen exiguo novit præſtantius orbis
Colibrio dulcis ſpoliato murmure vocis, (3)
Sed claro tenues pennâ radiante per artus.
Exiguum corpus, forſan non pollice majus,
(Quod roſtro natura parens munivit acuto
Atque artus ferme totos æquante volucris.)
Induit aurato viridantes lumine plumas
Et varios miſcet tractos a Sole colores.
Ille volat rapidum Zephyrum ſuperante volatu,
Et raucum pennâ tollit ſtridente ſuſurrum.
Roſcida ſi vero fragranti educere flore
Mella velit roſtro, vireſque reducere membris,
(Quippe aliâ quacumque negat ſe paſcere menſâ)
Siſtitur in medio concuſſis aere pennis,
Nectareum donec tereti trahat ore liquorem.
Aſt adeo prompte ſubtiles concutit alas,
Ut vigiles fugiant oculos, ludantque citatæ;
Suſpenſamque putes volucrem ſuper æthera filo.
Sin autem ſylvis borealis bruma propinquet,
Pluſque vagus ſolito frigeſcat Jupiter imbre,
Frigida præcipiti linquit *Colibrius* arva
Noſtra fugâ, linquitque levi viridaria pennâ,
Et longùm montis nigris abſconditus umbris
Indul-

[3] *Avicula hæc* Colibri *in America Meridionali; in Septentrionali vero* Chupa-mirto *dicitur*.

ndulget placido, ceu Progne arguta, sopori,
)um luces Aries stellatis noctibus æquet,
erque novum pratis antiquum reddat honorem.
Quos vero resono superare *Canarius* ore,
lorida quem misit nobis Hispania, certat.
le ciet varios crepitanti gutture cantus,
)ulciaque argutus sectatur plectra vicissim
ıstabilis saltu metitus claustra frequenti.
uod si animum ludis fessum recreare jocosis
ronus ames, caveam digito continge canentis:
cyius ille modis, dapibus, limphisque relictis,
dvolat urbanus digito colludere tenso
)blatosque cibos compresso ex ore revellit;
nque caput volitans rostro discriminat alas,
)rdine disponit plumas, & pectora comit.
um vero pullis nidos aptare tenellis
rdet avis, facili consternit brachia pinûs
ossipio, mollesque parat pudibunda penates.
in autem matri quæsitis vellera nidis
)esint, cauta patri densato e pectore plumas
vellit, duroque pater dat corda dolori.
antus amor volucri, & generandæ gloria prolis!
Dum moror, & vigili contemplor lumine nidos,
)bscuris crocitat lucis en regius ales
arnoso pulchram vinctus diademate frontem,
ollaque purpureâ præcinctus candida torque.
Mole refert Aquilam, sed picto ornatus amictu
lituum præstat Reginæ munere formæ.
ncolit audaci Sylvarum devia fastu,

Ni-

Nigrantique gregi, ſceptro, regnoque potitus
Sylveſtri, prudens tacitis dominatur in agris.
Hinc ſociata cohors, *Zopiloti* nomine dicti,
Siquando tauri retegit ſub monte cadaver,
Ante ſuum vitat Regem contingere prædam,
Reliquias exinde vorax hauſtura cruentas.
Non ſua regali diſtinguit membra nitore,
Nec felix ullo decoratur *Tzacua* ſceptro;
Induit at varias, ceu dulcis Acredula, veſtes,
Et ſocialis amat propriæ ſuccurrere genti.
Sæligit umbroſo ſublimem vertice truncum,
Penſilibuſque comas exornans provida nidis
Tota vireſcenti latitat reſpublica fronde.
Hinc prudens ſobolis cuſtodem deligit unam,
Quæ ſubito Cераſi ramis elata ſupernis
Inſidias hoſtis vigili ſtatione revelat;
Quæque renaſcentes inviſens ſedula nidos
Ore ciet cantus, frondiſque reverſa cacumen
Externas roſtro volucres, aliſque repellit.
Sin Ceraſis homines, gens olli inimica, propinquent,
Protinus incautos hortatur voce ſodales,
Ut pennâ nidos celeri, truncumque relinquant:
Ut ſolet interdum demerſus flumine Caſtor
Subjectas agitare undas, ſocioſque monere.
Sed jam deſertis humanæ vocis imago
Sæpius in ſylvis reſonat, meque ipſa vocavit.
Quas ego dum reputo voces, & lumina circum
Volvo, garrit honos nemoris reſupinus in alno
Pſittacus, obductus viridanti membra colore,

Lu-

uteolisque notis cervicem pictus honestam,
tque etiam nitidam media inter tempora frontem.
ngeniosa domi volucris cicurata magistro
erba facit, risumque refert, cantusque movebit,
t lacerum morsu digitum scelerata cachinnis
ridet, gaudetque domos evertere rostro. (4)
Cum vero garrit, plauditque sibi ipsa volucris,
rripit incautam, plumasque, & viscera vellit
ræpetibus pennis, armatusque unguibus ales.
Subter enim frondes habitu formosa superbo
lituum Regina ferox, & gloria sylvæ
egnat avis, pedibus, rostroque insignis adunco.
la nigro totum corpus fucata colore,
ntextis variat plumis candentibus alas,
uas pandit volitans bis senas lata per ulnas,
t curvis digitos, ac longis unguibus armat. (5)
ncolit obscuro nigrantes robore lucos
epositosque agros, avibus prædaque frequentes.
Jt tamen hostili ventrem saturare rapinâ
rdet avis, castrisque suis optata propinquat
ræda, nemus subito linquit Jovis armiger atrum
rectisque ferùm summo de vertice plumis,
ulmineo prædam raptat per inane volatu,
npatiensque famis pedibus exenterat uncis,

Seu

---

(4) *De Pica* Guacamaya *dicta egi lib. 3. a v. 181.*

(5) *Inter plures Aquilas, quæ Americam incolunt, præstan-orem elegi, Aquilam regiam vulgo dictam.*

Seu volucris fuerit, vitulus ſeu raptus ab agris.
Aſt Aquilæ præſtat celeri ſuper æthera lapſu
Crudelis fulvo veſtitus tegmine Falco,
Et pulchrum rubro maculatus murice collum.
Mole quidem Gallum ſimulat, ſed præpete pennâ
Exſuperat volucres obductas monte rapaces.
Vix etenim pennâ mollis petit alta Palumbes,
Cum ſubito celſas replicatis orbibus auras
Conſcendit Falco rapidis velocior Euris,
Vincat avem donec, levibuſque ſupervolet alis.
Tunc prædo, gravido ceu nimbo jacta ſagitta,
Irruit in volucrem, ſparſiſque per aera plumis,
Ungue premit tepido rorantia membra cruore,
Abſconditque vorax media inter robora ſylvæ.
Non ita præcipiti pennâ ſecat aera Niſus
Et formâ, & fuſco volucris turpata colore;
Sed pullis nido ſæpe inſidiatur iniqua,
Audacique rapit furto ſcelerata parentes.
Prædonem circum glomeratur turba volantum,
Infixiſque diu plagis avellere prædam
Tentat, ſed pinguem conſtringit prædo rapinam,
Dum tectus ſylvâ proſcindat viſcera roſtro.
Huic ſimilis formâ, fuſcoque indutus amictu,
Mole minor chortes pravus ſubvertere Cenchris
Nititur. Hinc tenſis liquidum ſuper æthera pennis
Conſiſtit firmus, placidas neque commovet alas.
Ut vero pullos ſubjectâ in chorte vagantes
Aut colubrum campis cernit fera colla tumentem,
Ilicet infeſtis pipientes unguibus ales

Arri-

rripit, & raptos ſuperas extollit in oras,
ilaniatque ferox artus, & viſcera paſcit.
n vero pedibus ſerpentem ſuſtulit uncis,
nguibus, & roſtro diſcerpit corda furentis,
um rabiem vitâ ponat, fugiatque ſub umbras.

Nunc verò poſtquam ſylvæ ſpectacula noſtræ
rata dedi, ſubitò volucrum mirabile monſtrum
altibus abducam denſis, circùmque per orbem
ſe feram, morbis laturum forte medelam.
bdita deſertis nemoris frondentis in umbris
egit avis, gracili ſubtilis mole, ſed atræ
bducit tanto corpus velamine pennæ,
t tenui ſimulet mediocrem corpore molem.
lli cauda brevis, crus longum, binaque plumis
culpta nota, alterno volucrē medicamine pingens;
ltera, quæ minio dorſum fulgente decorat,
ltera, qua pectus niveos excedit olores:
traque magna tamen, latumque effuſa per orbem:
ed quas omnino turpat ſpectabile roſtrum
ſſimulans concham, variiſque coloribus auctum;
t gravius volucri; ſiquidem propè pollice latum,
orpore quin etiam plumoſo longiùs ipſo.
erfectam vero tactu ſuaviſſima plumam
ingua refert, cordis languoribus apta mederi.
Eger enim ſylva tractam nigrantis ab alta
ncludit caveâ, vincliſve tenere volucrem
nvigilat: dumque ipſa ſitim ſedavit in amne,
bſterſitque frequens pennatam flumine linguam,

Ex-

Excipit ille undas sitienti sæpius ore,
Et dirum fracto pellit de pectore morbum. (6)

Finis libri decimi-tertii.

(6) *Avem istam, qualem vidi, describo; quamvis alias eiusdem generis esse non ignorem diversis coloribus depictas.*

RUSTICATIONIS
MEXICANÆ
LIBER DECIMUS QUARTUS.

Fera.

NUnc mihi luſtra diu fidis agitanda moloſſis,
Quæ ſylvis obducta nigris numeroſa ferarum
Turba colit. Pavido Nymphæ, ſuccurrite vati
lonticolæ, lucos ſolitæ miſcere filentes,
t mores, habitumque trucem, rabiemque ferinam,
ıfandamque agri cladem reſerate benignæ;
t quas Odryſio damas captavero plectro,
liſce memor donis veſtras operabor ad aras.
Sylva fuit late quercu nemoroſa frequenti
rboreis obducta comis, atque obſita dumis,
mbroſos cujus preſſus formidine Phœbus
lorret inauratis ſaltus luſtrare quadrigis.
ſt circum dives patulos ſe fundit in agros
.ivis perfuſos vitreis, & graminis herbâ.
Hoc nemus, has undas, hæc gramina torvus amavit
npexis per terga comis *Bos* ſæpe *jubatus* (1)
)ictus, & antiquo formâ ſpectabilis orbi.

Ille

---

(1) *Fera hæc a Mexicanis* Cibolus *appellatur. Legeſis Bo- are verb.* Biſon.

Ille quidem vaſtâ ſimularet mole juvencum,
Ni majora gravi turpis curvamine terga
Flecteret, & magno ſinuaret gibbere dorſum.
Fortia quin etiam tenſis per membra capillis
Obtegit Attalico nervoſum vellere corpus,
Et caput inflexis, ceu Taurus, cornibus armat.
Crinibus exutam prorſus ſine nomine caudam,
Cæruleiſque notis oculos, duo lumina frontis,
Oſtentat, patuliſque exſpirans naribus ignem
Omne decus profert, majeſtatemque leonis.
Membra venenatis fixus villoſa ſagittis
Suſcitat ardenti veſanum corde furorem,
Invaditque atrox duratis cornibus hoſtem,
Mollia qui rigido violavit tergora ferro.
Aſt poſtquam flavâ rabidus proſtravit arenâ,
Obtinuitque acri pulchram certamine palmam,
Proſtratum pedibus longùm proculcat acerbis,
Artubus infelix maneat dum vita cruentis.
　　Hinc armatus eques prolixo robore dextram,
Ferrea quod cingunt lucentis cornua lunæ,
Impetit inſignem ſpatioſa per æquora prædam:
Dumque levis campos pedibus ſecat illa citatis,
Avolat ille levis, celeri pernicior aurâ,
Inſequiturque feram curſu, promptuſque *jubati*
Bina *bovis* lunâ fugientis crura recidit.
Si tamen hic rapido teli male ſaucius ictu
Irruat in fortem cornutâ fronte latronem,
Seu ferro confiſus eques, ſeu corpore duro,
Aggreditur magno ſævam diſcrimine pugnam.

Il-

lle petit cornu, rabie commotus amarâ;
ſic collum dexter lunatâ vulnerat haſtâ;
dmiſcentque diu propriis fera prælia telis,
xſanguis donec fuſo ruat ille cruore.
Non ita limphatus furiali accenditur irâ,
ſec latis regnat facilis *Tapyrus* in agris. (2)
lli denſa parat tranquillos ſylva penates,
uæ placidos aditus vitreæ vicina paludi
xhibeat, tectamque viam, tutamque periclis
ſonſtret inoffensâ per devia rura quiete.
audet enim tacitis corpus recreare fluentis,
t magnos celeri fluvios tranare natatu
ellua, porcinam membris imitata figuram.
lla capillato ſinuoſum pondere dorſum,
rrectaſque aures, turpique proboſcide nares
xhibet, & fuſco velatum tegmine corpus,
uod modico ſublime gerit, ceu bucula, crure,
æpeque lugubres educit pectore queſtus.
Quod ſi villoſam coſtis avellere pellem
aſtor ames, corioque feræ, ſpoliiſque potiri,
Fertur enim pellis docto macerata labore
eridere minas, ſæviſque obſiſtere telis.)
imoſam propter laqueos compone paludem
bdita nodatos vicino ad littora trunco.
ellua nodoſo collum concluſa rudenti
onatur funem repetito frangere niſu;
umque reluctanti trunco gemebunda recedit,

(2) *Fera hac in America Septentrionali* Danta *appellatur*.

Gutture compreſſo vitam ſub robore ponit.
Sed prope rugitu lucus reboare Leonis (3)
Auditur, pavidaſque ſonus pervenit ad aures.
Vaſtâ mole Leo fulvo velamine tectus,
Armatuſque pedes duratis unguibus, altâ
Extollit cervice caput, caudâque trementem
Verrit agrum, torvuſque feras dominatur in omnes.
Accenſus rabie terret campoſque, nemuſque,
Impaſtuſque diu numeroſa armenta feroci
Voce quatit, teneroſque ovium de pectore fœtus,
Aut vitulum, aut etiam præſtanti mole juvencum
Ore rapit, laniatque cruentis unguibus artus.
Sæpe etiam fulvo comitem dumoſa Leoni
Sylva dedit Tigrim; quâ non audacior ulla
Bellua ſpumantis ſemper ſitibunda cruoris,
Et quæ conſtanti nunquam cicurata magiſtro
Ardentem crudelis alit ſub corde furorem.
Pelle tegit corpus, maculis quam deſuper atris
Ornat inaurato diſtinctus lumine fucus,
Et rictum validis accingit dentibus atrum,
Prolixâque furens animis quatit æquora caudâ.
Lu-

(3) *Nonnulli Americam Leonibus deſtitutam contendunt, quod feræ illæ Leones dictæ jubis careant. Sed præterquam quod Plinius expreſſe aſſerit* Leones alios eſſe jubatos, alios non jubatos, *vidi egomet Florentiæ apud magnum Hetruriæ Ducem Leones binos, & quidem non jubatos, noſtriſque omnino ſimiles; quos veros eſſe Leones nullus in dubium revocaverat. Hæc pro Leonib. Americæ* Septentrionalis; *quidquid ſit de Leone illo Meridionali* Puma *dicto*.

Luſtra colit, campiſque audax ſpatiatur apertis
Hircani ſuperans cladem furibunda Leonis.
Sed cæcam pubes rabiem domat ignea telis.
Vix etenim latis reſonat palantis in arvis
Pernicies horrenda gregis, fumatque recenti
Sanguine tinctus ager, ſubito cum fida moloſsûm
Agmina limphati ducunt in bella bubulci,
Præcedit pedibus velox, & naribus acer,
Dilaniare feras, & veſtigare ſuetus,
Cætera quem certat plebes æquare ſequendo.
Ut vero lacerum concreto ſanguine taurum
Invenere viri, cinctique ad bella moloſſi,
Nare ſagax ſubito delibat membra cruenta,
Cæcaque prædonis quærens veſtigia roſtro
Innumeros circum ducit per gramina gyros,
Signa pedum donec captarit fervidus Umber.
Mox rapido curſu, pronoque per æquora roſtro
Reliquias furis diſperſas ceſpite cogens
Arva petit, ſylvaſque diu, fonteſque reviſit,
Ingenti ſociûm propter ſubeunte catervâ,
Dum tectum luco prædonem detegat alto.
Frondea tunc omnes latratu regna feroci
Complent, & prædam circùm clamoribus urgent.
Bellua terribili trepidat compreſſa coronâ,
Maturatque citis robur conſcendere plantis.
Sed truncum rurſus præcingit murmure turba
Fida canum, denſoque inſtat furibunda latratu.
Interea reſono moniti clamore bubulci
Nigrantem penetrant ſylvam, rabieque frementes

Arma parant, canibuſque citi, truncoque propinquant.
Ille feram jacto media inter tempora plumbo
Tranſadigit, ramiſque ictu detrudit ab áltis:
Ille laborantem, nigroque cruore flüentem
Irruit in prædam velox mucrone recluſo,
Obtruncatque caput rurſum fera fata minantis,
Membraque partitur feſſis alimenta moloſſis.
His etiam quandoque Urſus miſcetur avarus
Hiſpida nigranti contectus corpora ſetâ,
Ungueque deformes plantas armatus acuto,
Ac totum valido munitus robore corpus.
Sæpius ille pecus ſectatus dente voraci
Pinguia lanigero ſpoliat pecuaria fœtu:
Et, ſi tranquillum telis, aut voce laceſſant,
Paſtores audet ferventi invadere rictu.
Inde etiam fructus curvantes pondere ramos,
Seminaque auratos paſſim diſperſa per agros
Arripit ingluvie nunquam ſaturatus iniquâ,
Divitiaſque agri rabie conſumit edendi.
Quin etiam pravo meſſis correptus amore
Quæ nequit oppletus patulam demittere in alvum
Hæc mutata manu curvâ ſub rupe reponit.
Crimina ſed pubes juſtis ulciſcitur armis.
Ne tamen ille furens robuſtis viribus uſus
Opprimat innexis venantis terga lacertis,
Hic invectus equo, pinuque armatus acutâ
Impetit a tergo gemmata in prata ruentem,
Et plagis rabidum vexat lethalibus Urſum.
Bellua robuſtis ardet conſtringere nervis,

Ac

Ac dentes, interque manus laniare latronem.
Sed dum lenta movet ſenſim veſtigia retro,
Flectit equum; prædamque iterum diverberat haſtâ
Venator rigidâ; ſecto dum viſcera ventre
Fundat humi, veniſque fluat cum ſanguine vita;
Hos inter gracilis rictu Pantera feroci
Occupat obſcurâ denſatos arbore lucos,
Quin campis exoſa diem ſpatietur apricis.
Olli frontis honos, brevis alvus, pictaque terga,
Caudaque verſicolor ternas producta per ulnas.
Prolixis obducta pilis, fuſcoque veneno
Tincta tegit pellis præſtantia membra decore;
Quam circum maculæ ſinuatis orbibus atræ
Diſtinguunt, ſuperantque decus nigrore Gagatis.
Hoc fera terribili circùm veſtita nitore
Pantheram magnam præclaris dotibus æquat.
Tu tamen hanc crebrâ turbans indagine prædam
Aut caput, aut pectus certis configere plagis
Nitere: quippe ſolet rigido male ſaucia telo
Extemplo totas iræ permittere habenas,
Invadenſque ferox vibrantem cominus ictus
Dente terit corpus, ſeponitque artubus artus,
Crudeliſque omnes latis diſſeminat arvis.
Non ita limphatus cæcâ lupus æſtuat irâ;
Sed magnam pecori portendit ſæpe ruinam.
Ille palam pecudes agris abducit apricis,
Seu crudelis amet raptos e matribus agnos;
Seu vexante fame pullos ſuſpiret equinos.
Averſo paſtore Lupus, canibuſque ſopore

Deviċtis, plenum ſolers invadit ovile.
Cum vero in fœtus audax irrumpit equorum
Subdolus infeſtis ſe totum fraudibus armat.
Principio gregibus paſſu cunċtante propinquat,
Et tacitum replet magnis ululatibus agrum.
Continuo pullos cogunt armenta tenellos
Et pavidos forti præcinċtos orbe recondunt,
Quem patrum, matrumque unà denſata caterva
Calcibus in furem verſis miro ordine fingunt.
Aſt longo prædo pecudes educere circo
Aggreſſus rabie, nunc hos, nunc impetit illos:
Sed rabidum cœtus repetitis calcibus urget.
Ille fremens irâ ſinuatum circumit orbem,
Abrupto donec circo, nexuque ſoluto,
Territa diffundat patulas armenta per herbas.
Tunc præpes curſu pullum properante fatigat
Interea lanians iteratis morſibus alvum,
Dum laxata fluant utero præcordia rupto.
Ut vero ſciſsâ ventrem compage recludit
Prædo, gradum ſiſtit conſtringens viſcera riċtu,
Totaque diſſeċto ducit fumantia ventre.
Ut ſolet interdum vallatam Martius heros
Explorare urbem, denſiſque invadere telis,
Nunc dextros tentans aditus, nunc ille ſiniſtros,
Alta quoad rigido proſcindat mœnia ferro:
Mox aliquot letho ſævus demittere cives
Conſtituit, dirumque extinguit morte furorem.

Hanc tamen ipſe velis campis ſi avertere peſtem,
Retibus obduċtis pravum conclude latronem,

Aut

Aut citius confige acto per tempora telo.
Pinguibus hanc vero felix si ejeceris agris
Cladem, projicienda etiam tibi jure Lycisca,
Cujus forma Lupum simulat, simulatque molossum,
Et quæ vulpino pellem depicta colore
Vulpinos etiam sectatur callida mores.
Hæc semper tenero vigil insidiatur ovili,
Ac plenos avibus nudat chortalibus agros.
Non vaga turba canum, pecorum non ense magister
Fraudibus armatam clausis ab ovilibus arcent.
Lenta gradu, sylvæque nigris obducta sub umbris,
Chortibus, aut plenis propior fit sedula caulis;
Dumque agnum stabulis, aut pullum surripit arvis,
Protinus illa nemus repetens festina profundum
Discerpit prædam, rictu spumante, tenellam.
Siquando ventrem rabies affligit edendi,
Disparibus complet totas ululatibus auras,
Ut magnam campis credas ululare catervam.
Hanc vigil ipse tuis cura depellere terris
Compressam laqueis, aut certâ cuspide cæsam;
Ni cupias sæva vastari prædia clade.
His admixtus Aper nemorum per devia densum
Agmen agit, camposque vorax populatur opimos.
Membra tegit nigris, duratisque hispida setis,
Quas horrens armat candenti cuspide telum.
Dentibus immanis rictus spumantibus horret;
Et magnam dorso tollens redolente crumenam
Semper odoriferâ plenam pinguedine, (*) præceps

(*) *Hæc Apri pinguedo muscum odore refert.*

Cætera cœnosos imitatur bellua porcos.
Sed magnas irâ visa est portendere clades
Morsibus insanis agitans hominesque, canesque,
Fusaque discerpens crudeli corpora rictu.
Scilicet ut Phœbus medio vicinior orbi
Aurata flagrans accendit lampade terras,
Turba venenatis dentes cum dentibus urgens
Verberat horrisono lucos rumore silentes,
Inque orbem subito totum devolvitur agmen.
Tunc siquem longe campis aspexerit hostem,
Advolat, ut tenso nervo lethalis arundo,
Adversumque petens cursu fera turba rapaci
Horrentes iræ limphata effundit habenas.
Ac, nisi ferratâ munitus cuspide fluctus
Compescas iræ, aut jacto præcordia plumbo
Ventre trahas rupto, repetitis morsibus atram
Effundes vitam, fatumque subibis acerbum.
Non ita terribilis luco sua jura tuetur,
Nec fera venantes laniabit dentibus Histrix,
Quam natura novis armavit provida telis.
Olli sylva minax dumoso e vertice surgit,
Telorumque seges reliquos diffusa per artus;
Altera, quæ brevior pellem tegit horrida dumis,
Altera, quæ hamatis se tollit longior hastis,
Et quam sæpe Histrix magno correpta furore
Excutit, & magno dirum jacit impete in hostem.
Ore refert porcos, oculisque ardentibus ignem,
Calce tamen catulum, dumoso & corpore sylvam.
Sed flammas oculis, sylvamque e pelle recides,
Hor-

Horrida si crudo contundas ora bacillo:
Ilicet illa minas, vitamque in gramine ponet.
Quippe acres cursu declinat vafra molossos
Pinguia latrantum jactis in terga sagittis.
Sed jam læta vocat rursum me Cervus ad arva,
Cervus ab umbrosis veniens ad flumina sylvis
Cornigeram secum ducens per devia turbam.
En tibi septenos præstanti corpore Cervos,
Ingentem superant qui vastâ mole juvencum (4),
Arboreisque caput distinguunt cornibus altum,
Queis caudam radunt, contorto vertice retro.
Infando pridem Veneris succensa furore
Turba volat, sequiturque levis per gramina Cervam,
Anxia quæ sylvis fœtus enixa gemellos
Educat insignes maculis candentibus ambo.
Hanc natura parens infestis exuit armis
Turbam, non duris præcingens dentibus ora,
Unguibus aut calces, violento aut impete cornu;
Sed ventos studiosa dedit prævertere plantis,
Et pernice fugâ tristes evadere casus.
Hinc totam telis optes si sternere turbam,
Tu clamore avidos prohibe, cursuque molossos,
Ne nigris densum diffundant saltibus agmen,
Maturentque omnes patulis excedere campis.
Sed ferro Cervam vitâ spoliare labora,
Et totam figes repetitâ cuspide plebem.
Quippe mares, cervâ telis super æquora lapsâ,
Ulte-

(4) *Inter omnes Mexicanos Cervos præstantiores elegi; è quibus duo ad Regem Catholicum delati sunt anno circiter* 1755.

Ulterius prohibere gradus, ac ſiſtere viſi,
Quin dare terga velint, aut campis linquere victam.
Tunc alium atque alium certis confige ſagittis,
Coritumque prius vacuabit arundine dextra,
Quam Cervam mittat confoſſam robore turma.
Si vero Cervum per aperti jugera campi
Videris errantem, canibus, curſuque fatiga.
Ille potens pedibus fulmen prævertit & auras,
Æquora metitur plantis, arbuſtaque ſaltu
Præterit, eluditque fugâ pernice ſequentes
Pone canes. Nacti vero manifeſta latrantes
Signa pedum, curſu certant agitare fugacem.
Jamque propinquantis reſono clamore catervæ,
Et prope crura feræ rictu præcelſa tenentis
Illa levis ſaltu ſubito ſe ſubtrahit ore
Omnia deludens fidæ conamina turbæ.
Turba tamen patulos iterum diffuſa per agros
Inſiſtit curſu Cervum turbare volantem,
Dente quoad rigido, fugientis crure reſento,
Sæva feram vincat, curſuſque abrumpat anhelos.
Ceu quondam frondente Jovi ſacer âles ab orno
Irruit in pavidam magno ſtridore columbam;
Mollis avis pavitans liquidum quatit aera pennis,
Itque, reditque levis, crebro glomeramine gyros
Innectens, tutumque dolens expoſcit aſylum:
Aſt volucrem rapidis urget Jovis armiger alis,
Innocuamque neci demittit promptus acerbæ:
Haud ſecus imbellem ſequitur fera turba moloſsûm,
Ore tenet, violatque immani vulnere Cervum.

Ocy-

)cyus infaustum venator liberat ensem
'aginâ, mollique feræ sub pectore condit.
Acrius at campis turbam vexabit anhelam
ludetque Lepus cursu bene notus, & astu.
'allis erat latos circum diffusa per agros (5)
Isque virescentes ridenti gramine, & amne
erfusos vitreo, florumque decore nitentes:
ed qui perpetuo ventorum flamine membra
nflectunt pecori, torrentque armenta calore:
'ot verò auriti Lepores hæc rura frequentant,
't vallem Dictinna putet stabula alta ferarum.
Ion tamen optatam Lepori captare quietem
urma finit celerûm rabido clamore molossûm.
gmen enim certat vestigia cogere gressus,
isequiturque feram ventis pernicius ipsis,
ivisam donec liceat discerpere morsu.
ix tamen audaci gaudet contingere rictu,
um Lepus ingenti jacto in contraria saltu
ide alios celerat cursus, luditque latrantes.
iltibus hinc crebris iterumque iterumque sequentes
xagitat, rabiemque fugax, ac vota lacessit,
anguida dum tetro cedit data præda furori.
Quæ tamen ardenti Cervusque, Lepusque pericla
ffugiunt plantâ; versuto callidus astu
eclinat, proprioque illudit sæpius hosti
ercopithecus, honor campi, pars maxima sylvæ,
igenioque vafro decus immortale ferarum. (6)

Sæ-

(5) *Huic valli* Chicapa *nomen est*.

(6) *Simios nostros, quod omnes caudati sint,* Cercopithecos *appello*.

Sæpe nigro totum circumdat corpus amictu
Omnia contectus neglectis membra capillis:
Non venter, non crura vacant, non brachia villo,
Aut caput, aut renes, aut ora, manusque nigranti.
Si verò Nicaragua tibi det prodiga dono,
Quem præcincta lacu nutrit gratissima tellus, (7)
Ille alvum certè, pectusque albescet, & ora.
Hæc vero humanam simularet bellua formam,
Ni magno contorta sinu, contorta deorsum,
Cauda feræ reliquos turparet corporis artus.
Mole tamen plures adeo se attollere visi,
Æthiopem ut primò credas spectare decennem;
Viribus at cinctum validis, hominisque vigore,
Raptandis, ut sæpe solent, uxoribus apto. (8)

Sed quem parca quidem privavit munere formæ
Ingenio prudens tanto natura decorat,
Ut Fibro possit facile præstare sagaci;
Et reliquum salibus nemorum deludere vulgus.
Hinc caudâ quandoque Alno suspenditur altâ,
Indus ubi Solem fluvii Crocodilus ad oras
Captat, & ingluviem gaudet ridere ferinam.
Vix etenim fallax frondosæ Simius Alni
Consulto ramos cœpit versare sonantes,
Cum fera clamoso ventris commota furore

Den-

---

(7) *In lacu Nicaraguensi, 124 milliaria extenso, parva attollitur insula arboribus frequens, omnique amœnitate gratissima, ac parvis Cereopithecis referta.*

(8) *Feminas ab hujusmodi Cercopithecis furto in Africa abduci fertur. Apud nos autem nunquam contigisse arbitror.*

Dentibus exsertis, oris recludit hiatum
Ingentem, mimique ardet celerare ruinam.
At vafer, infausto simulans procumbere casu,
Volvitur in præceps, ceu jam lapsurus in ora;
Quæ fera confestim, prædam quasi dente teneret,
Claudit; dum caudâ trunci suspensus ab alto
Simius irridet dentes, atque ora prementem.
Mox rursus lapsum simulat, rursusque minantem
Deludit rabiem; fluvii dum bellua mimum
Aspernata vafrum notas se condit in undas.

Quare opus insidiis semper fallacibus uti,
Si quandoque velis solers illudere capto.
Arboreis siquidem protectus Simius umbris,
Pendulus & caudâ truncos se jactat in omnes,
Ac totum saltu percurrens præpete lucum
Astutus telum, plagasque evitat acerbas.
Bina tamen poterit vacuata cucurbita ventre
Insidias præbere tibi, fraudemque jocosam.
Sole prius siccas, parvoque foramine sectas
Desuper, umbrosi deferto montis ad oras,
Majus ubi nugax mimorum cogitur agmen,
Non nullis intrò granis per labra remissis
Frumenti patrii, aut lectis ex amne lapillis,
Qui sicco reddant concussi ventre fragorem.
Simius (explorare juvat quem cuncta), relictis
Frondibus, apricum præpes delapsus in agrum
Nunc istam lustrat cupidus, nunc concutit illam,
Arrectâque sonum frumenti suscipit aure.
Mox resonum manibus ventrem penetrare laborat,

Prin-

Principiumque dati ſimul obſervare ſuſurri.
Extenſis intus vaſis per inane lacertis
Grana manu prendit ſubitò, valideque prehenſa
Sæpius ex alvo conatur tollere fruſtra:
Scilicet abreptis globulis manus aucta recuſat
Ferre gradum retro, parvâque abſcedere rimâ.
Aſt licet ore premat jam prima cucurbita dextram,
Ille tamen lævâ rimatur promptus alius
Viſcera; grana premit rurſum; rurſumque retardant
Callida labra manum: cubitumque adnexus utrumque
Vertere terga fugax vano conamine tentat;
Quin compreſſa ſemel deponat Simius unquam,
Inſidiis quamquam miſerùm data præda doloſis.
Tantus amor furti, furtumque notare libido!
    Tunc captum promptus venator ſuſcipit ulnis,
Ilia fune ambit, caveamque includit in arctam
Inſidias fremitu, clauſtrumque, aſtumque gementem.
Sed cavet aſtutus, longæ glomeramine caudæ
Ne ſibi colla liget violentâ Simius irâ
Flagrans: quippe adeo crudeli guttura nodo
Illigat, ut vitæ facilè ſpiracula rumpat.
    Quod ſi lactantes cupiat deludere matres,
Et pullos juxtà gremio raptare tenellos,
Ligna parat, multâque rogum mox excitat Alno,
Cujus inacceſſum flammato turbine centrum
Occupat infracto, plenoque cucurbita ventre.
Simius aſſiduo vexatus frigore flammas
Promptus adit, circumque atrum diffunditur ignem
Turba patrum, matreſque unà, juveneſque, ſeneſque,

quos cauta parens humeris geſtabat alumnos,
udentes frigus tandem depellere membris.
x tamen optato gens indulgere calori
cipit, & nocuum detrudere corpore frigus,
m ſubito ſecto tumefacta cucurbita ventre
ſonat horrendo, ceu nubes rupta, fragore.
nc gelido correpta cohors nemoroſa timore
va per, & frondes celeri petit avia curſu,
tonitis medio pullis in rure relictis;
ios pavidos promptè denſis egreſſus ab umbris
lligit, & mœſto venator carcere condit.

Finis libri decimi-quarti.

RUSTICATIONIS MEXICANÆ

LIBER DECIMUS QUINTUS.

Ludi.

LUſtra venenatis poſtquam montana ſagittis
Horrenteſque canum turbavi murmure ſaltus,
Fert animus pravum ludis miſcere laborem (1),
Et vires blandâ fractas revocare quiete.
Tyndaridæ juvenes, tenui quos ludere diſco
Sæpe juvat, duraſque animo depellere curas,
Dicite, quæ feſtis præſtet ſpectacula ludis
Occiduis emiſſa plagis animoſa juventus:
Et vidiſtis enim pueri, & referare poteſtis.
Protinus armatos generoſa in prælia Gallos
Ipſe ſequar. Nec enim fas eſt obducere pugnas,
Quæ nova limphati recludunt monſtra furoris.
Vix cervice minax, faſtuque elata ſuperbo,
Inceſſuque ferox graditur criſtata volucris
Aſſiduo gaudens ſocias invadere bello,
Cum ludi veſanus amor, cum ſæva voluptas
Chortibus abreptam parvâ concludit in aulâ,
Fune

(1) *Equidem ſcio ludos hoſce ſæpius in urbibus celebrari, ſed multoties etiam in prædiis.*

Fune pedem retinet, ſolerſque ad prælia ſervat.
Mœret avis primum, longiſque inſana querelis
Corpus inexpertis conatur ſolvere vinclis.
Mox vero dapibus, laribuſque aſſueta benignis,
Majeſtate gravis toto ſpatiatur in antro,
Sæpius & Phœbem cantu, Phœbumque ſalutat.
Illi flavus apex criſtato vertice ſurgit,
Barba rubet, rorantque jubæ per colla fluentes,
Caudaque flexibilis criſpatis crinibus aucta
In câput erigitur flexu ſinuata decoro,
Corneaque armati retegit calcaria Galli.
Arma tamen, criſtamque truces, barbamque recidunt,
Effera qui gaudent volucres in bella ciere,
Exiguâ lævi calcaris parte retentâ,
Luſor ubi parvum, tenuemque accommodat enſem
Funiculo preſſum tereti, crurique revinctum.
Utque optata dies pugnis præfixa redivit,
Quiſque ſuum rutilo pugilem mucrone frementem
Jactantemque minas ſæva in certamina ducit.
Exſtat enim ſemper plano brevis area dorſo
Sanguineis aſperſa notis, lethoque recenti,
Ac diro Martis pridem ſacrata furori,
Plurima quæ circùm tabulata ſedilia turbæ
Offert plaudenti magno clamore triumphis,
Atque inter ſeſe certanti pignore multo.
Hæc ubi clamoſum replet ſubſellia vulgus,
Continuo mediâ binos deponit arenâ
Dextra manus pugiles lethali cuſpide cinctos.
Tunc ſubitâ accenſæ rabie fera corda volucres

Ore rubent, oculiſque flagrant, & crinibus hirtis
In pugnam celeres pronâ cervice feruntur.
Non tamen ancipiti præceps ſe credere bello,
Aut conferre manus, hoſtemque laceſſere pugnâ
Audeat, hoſtiles ni primum lumine motus
Atque omnes aditus exploret Martius ales.
Inde repentino miſſus ſuper aera ſaltu
Surgit in adverſum quatiens cum pectore pectus,
Ferratiſque ferox urget calcaribus hoſtem
Immiſcens pedibuſque pedes, atque enſibus enſes,
Quin unquam rabido ponat de corde furorem,
Enſe quoad victum flavâ proſternat arenâ.
Pluma volat, ſciſſoque fluunt præcordia ventre,
Et latum tepido perfundens flumine campum
Occumbit pugnax fato gladiator acerbo.
Victor ovat, magnâ circum plaudente coronâ,
Pictaque concutiens auratis pectora pennis
Concinit egregium ſublimi voce triumphum.
Ceu quondam toto bacchantes æquore tauri
Cornibus innexis crebro ſe vulnere cædunt,
Ingeminantque ictus armis, hoſtemque fatigant,
Ardua quoad rigido cedat victoria cornu:
Haud ſecus armatus fulgenti cuſpide Gallus
Infeſto certat palmam certamine ferre.
Si vero ignavus, letho dum volvitur hoſtis,
Expaveat victor, tenueſque e fronte capillos
Extollat, vertatque dato veſtigia tergo,
Continuo lauri, victricis præmia frontis,
Infami, ſegnique procul victore relicto,

Exa-

Exanimem potius certant ornare coronâ,
Mox aliam atque aliam ſummo diſcrimine pugnam
Inſtituit vulgus, medium dum Phœbus Olympum
Contingat, nigriſque polum nox occulat umbris.
Prompta tamen pugnas faſtidit turba volucrum,
Si quando ſtadium levium certamen equorum
Offert, collatiſque licet contendere nummis.
Deligit ilia ſagax dubia in certamina binos
Quadrupedes formâ inſignes, animiſque ſuperbos,
Ilia queis arctat gracilis ſubtilia venter,
Quos caput argutum, patuliſque e naribus ignis,
Lataque diſtinguunt prolixo pectora crure.
Impigra ferratis ſoleis veſtigia nudant
Certantes, ipſoque jubent conſidere tergo
Imberbes pueros, contorto vimine cinctos.
Emicat exultans ſolis contenta lupatis
Lætitiaque fremit gaudens equitare juventus.
Mox ubi compoſito dimenſi jugera greſſu
Pervenere locum fixum certantibus, unde
Tentat Olympiacum curſu traducere campum
Quiſque prior, pedibus quadrupes arrectus uterque
Irrequietus amat celeri præcurrere plantâ.
Sed pueris latos dextrâ palpantibus armos,
Et pexas cervice comas hinc inde fluentes,
Quadrupedes æſtum calido ſub pectore laxant,
Et manibuſque manus, & frontes frontibus æquant.
Aſt ambo clamore tubæ, ſignoque recepto,
Ocyus imperio parent, fugiuntque per æquor.
Evolat hic præpes, ceu jactum fulmen ab æthra;

Avolat ille levis Zephyri velocior alis;
Contenduntque acres pedibus præſtare citatis,
Et curſu fixam citius contingere metam.
Cumque leves ſummo pervadunt æquora niſu,
Arvaque confuſo reboant aprica fragore,
Alter abit primus, mox primum præterit alter,
Mox ſimul accelerant æquatis frontibus ambo,
Incertiſque diu volitat victoria pennis.
Interea pueri curſores calce fatigant,
Et denſis urgent virgis per colla, per armos,
Victori donec victum prævertere curſu
Sorte datur, cinguntque decoræ tempora lauri.
Clamore excipiunt puerum, plauſuque ſalutant
Et nova feſtivi geminant certamina cives.
Nil tamen occiduis pubes ardentius oris
Optat, quam circo tauros agitare feroces.
Area lata patet duro circumdata vallo,
Plurima quæ fuſæ præbet ſubſellia turbæ
Pulchra coloratis, variiſque ornata tapetis,
Et quam ſolus adit ludo indulgere ſuetus,
Sive pedes norit tauros illudere ſaltu,
Seu flagrantis equi duris regat ora capiſtris.
His ita longævo gentis de more paratis
Protinus agreſtis procerâ mole juvencus
Elata cervice minax, oculiſque furore
Accenſis, iramque trucem ſub corde volutans
Profilit, & rabiem ſitiens relevare cruore
Tota ferox agitat circùm ſubſellia curſu,
Alba quoad luſor depromat lintea dextrâ,

Collectamque ex longo irritet cominus iram.
Ille, velut forti nervo contorta ſagitta,
Fertur in adverſum certus transfigere cornu
Luſorem, fixumque leves extollere ad auras.
Lintea tunc luſor duratis ictibus offert;
Corripit e ſpatio corpus, promptuſque recedens
Evadit celeri lethalia vulnera ſaltu.
Ille venenato rurſus ferventior æſtu
Connixus toto luſorem corpore contra
Aggreditur; ſpumatque irâ, mortemque minatur.
Aſt luſor parvâ munitus arundine dextram
Lintea dum prorâ verſat cervice juvencus,
Ipſe toris velox figit penetrabile ferrum.
Tollitur in cœlum telo transfixus acuto
Et totum taurus Circum mugitibus implet.
Cum vero confixa toris divellere tela
Et curſu rabidum tentat lenire dolorem;
Robuſtis parvum torquens haſtile lacertis
Luſor equum toto ſpirantem corpore flammas
Objicit adverſo, pugnamque ardore laceſſit.
Corniger interea ferratæ vulnera pirûs
Expertus, longum ſolers hinc inde fatigat
Quadrupedem, pedibuſque attritam ſpargit arenam,
Diverſos quærens aditus. Stat fervidus Æthon
Auribus arrectis intentus fallere plagam,
Dum luſor nocuos hoſtis conſiderat aſtus.
Tum fera præcipiti plantas velocior aurâ
Motat, quadrupedemque petit, ferrumque, virumque.
Sed ſubito flexis ſolers moderator habenis

Cornipedis patulos urget calcaribus armos,
Æratâque feræ compeſcens cuſpide collum
Sedulus interea diro ſe ſubmovet ictu.
Sin autem morti repetito vulnere fractum
Demitti jubeat ſummo certamine præſes,
Fulmineo mucrone potens athleta periclum,
Aut eques haſtili pariter munitus acuto
Intrepidi ſubeunt, cornutâ fronte minacem
Hortantes clamore bovem, ferroque petentes.
Hic ſubito totam rumore exaſperat iram
Invaditque virum telis, ac voce vocantem.
Tunc athleta toris capulo tenus occulit enſem,
Aut eques æratâ venientem verberat haſtâ,
Et medium telo gemina inter cornua collum
Vulnerat, exanimiſque genu convolvit humi bos.
Inſequitur plauſuſque virûm, clamorque triumphi,
Contenduntque omnes palmam celebrare latronis.
Non nunquam, gladio nimium dum fidit acuto,
Tollitur in cœlum confoſſus viſcera cornu
Conceditque acer fatis gladiator iniquis.
Ille cruentatâ corpus pervolvit arenâ;
Horreſcit viſu populus, ſociique periclo.
Hinc aliis aliæ ſuccedunt ordine pugnæ,
Dum juvat alternis ludos confundere ludis.
Nam ſolet interdum præſtanti corpore taurum
Viribus inſignem, clademque ardore minantem
Armento tractum pubes aptare ſedendo.
Villoſo juvenis conſtringit ephippia dorſo
Inſtar equi, & tereti circumdat colla rudenti,


Quo

Quo mox impavidus pro latis uſus habenis
Torva reluctantis conſcendit terga juvenci
Calcibus armatus rigidis, & robore fiſus.
Ille fremens rabie partes ſe jactat in omnes,
Et præceps equitem conatur pellere tergo;
Nunc ſuperas flexis invadens cornibus auras
Tollit ſe arrectum; nunc æthram calcibus urgens
Fertur in adverſos curſu furibundus anhelo:
Dumque cavum tentat ſaltu conſcendere Circum
Omnia permiſcet trepidæ ſubſellia turbæ.
Ceu quondam Lybicus rigido Leo ſaucius ictu
Dente minax, oculiſque ferox fremit ore cruento,
Exſertiſque petit verſutos unguibus hoſtes,
Et nunc præcipiti jacitur per inania ſaltu,
Nunc velox curſu turbam pernice fatigat:
Haud ſecus indignans inſueto pondere taurus
Permiſcens Circum nunc hos, nunc impetit illos.
Aſt puer immoto taurinum corpore dorſum
Uſque tenet, crebriſque fodit calcaribus armos.
Quin etiam validâ tauro puer arduus alto
Prolixum dextrâ vibrans haſtile, recluſis
Cornigerum ſeptis alium deducier imis
Imperat, & toto gaudens agit æquore plagis.
Ille novâ primum ſtupefactus imagine friget,
Et ſocium curſu phaleratum præpete vitat.
Sed longùm dirâ ſtimulatus arundine tergum
Æſtuat accenſus rabie, cornuque ſequentem
Invadit, miſcentque ambo fera prælia cornu.
Aſt robuſtus eques dirimit certamina telo

Continuatque ardens tauros agitare per æquor,
Quoâd ponant sudore minas, fractique quiescant.
Tum pubes tauris cursus admiscet equorum,
Certa queis júvenis firmat vestigia dorso
Calce premens dextro dextrum, lævumque sinistro,
Arrectusque suprà binos compescit habenis.
Ilicet alipedes in cursum concitat acres
Firmus eques, durisque tenens devincta capistris
Ora, citum solers gressum moderatur equorum,
Quadrupedesque pari transcendunt æquora cursu.
Inde alios flexus ducens, aliosque reflexus
Cursores magnum volucres inflectit in orbem,
Quin plantas unquam dorsis amoverit altis.
Non nunquam populus rejectis æquore tauris
Gaudet inexpertos homines celebrare volantes.
Ardua truncatur sudanti cortice pinus, (2)
Quæ impexâ feriat lucentia sydera fronte.
Umbrosis deinceps tonsis de more capillis
Arbor (*a*) Olympiaco medio Cybeleia circo
Erigitur, circùmque obsepta ex fune (*b*) catenâ
Exhibet illa gradus fastigia summa petenti.
Inde coronatur porrecto ex Ilice (*c*) Quadro
Innumeros apto sinuare per æthera gyros;
E cujus possit medio se attollere centro
Visceribus vacuata (*d*) sudes, ac secta (*e*) bicorni
Vertice; quæ quadrum motu festina sequatur
Op-

---

[2] *Præ oculis habe hujus spectaculi typum. Illud autem, pro ut vidi, describo; non pro ut quondam a Mexicanis fieri solebat.*



L.C.f.

Oppoſito, ſecumque ſedentem culmine volvat.
Huic ſiquidem (*f*) puber tigno femur aptat utrumque
Poplite terga premens & toto pectore ſupra eſt.
Sedula mox pubes replicato (*g*) fune bifurcum
Includit lignum, (fidens ubi ſidit ephebus)
Et totam loris circùm ſtringentibus ambit,
Quæ circi verrant proprio glomeramine campum
Explicito, vacuumque ferant per inane volantes.
Ut ſolet interdum cingi verſatile buxum
Funibus in gyrum ductis, arcteque rotatis;
Dum vero curvo per terram volvitur orbe,
Explicat actutum ſinuata volumina motu,
Vinclaque verſatus rumpit ſervilia turbo:
Haud aliter loris arctatum mobile tignum
Flectitur in gyrum præceps, nexuſque remittit.
Tum quatuor lecti vernanti e flore juventæ
Omnes larvati, fulgentes veſtibus omnes
Conſcendunt Quadrum plantâ veloce ſupernum,
Conſiduntque aliis alii e regione remoti,
Nectantur donec ſinuatis ilia loris.
Reſtibus ut vero novit ſe quiſque revinctum,
Præcipites ſaltu terram volvuntur in imam
Ilia ſuſpenſi (*h*) juvenes: mox machina gyro
Flectitur, & bifido evolvens revoluta cylindro
Lora, urget ſubitò producto fune volantes
Ducere lunatos circùm per inania flexus,
Nectereque immenſis immenſos orbibus orbes.
Tunc quatiunt cœlum pedibus, manibuſque ſonora
Siſtra movent, magnoque replent ſubſellia plauſu,

Impetus in terram laxis dum prorſus habenis
Ceu Baccho victos, nutanti poplite, fundat.
Huic aliud populus ſublimi vertice tignum
Subſtituit, fuſiſque ardet celebrare cachinnis.
Scilicet ut ferro pinum raditque, politque,
Utque faber totam ſolers æquavit ad unguem,
Imbuit æquatum craſsâ pinguedine lignum,
Tota quoad pinus circum perfuſa niteſcat.
Tunc medio lævis lucenti cortice truncus
Erigitur circo, dives cui ſumma coronat
Ære laborato plenus faſtigia crater;
Non tamen argentum ſtudioſum vulgus habebit,
Ni prius ingenti pinum ſudore malignam
Conſcendat, fixumque manu cratera revellat.
Hinc plures vario tignum conamine tentant
Exſpoliare bonis, aſtuque, & viribus uſi.
Funibus hic tortis nutantia crura revincit,
Certa queis fuſo figat veſtigia tigno.
Ille manus ambas clavis accingit acutis,
Cuſpideque infixo conſtringens terga peruncti
Attollit magno labentia membra labore.
Vix tamen annoſæ trepidanti poplite pinûs
Exiguum emenſi ſpatium ducuntur inani
Spe, ſubito præceps cum trunco lapſus ab alto
Corruit in terram votis fruſtratus uterque.
Lætitiâ, fuſiſque fremit vaga turba cachinnis;
Hortaturque viam rurſus tentare moleſtam
Defeſſos, lucri probroſo ingentis amore.
Acrius incumbunt illi molimine ſummo

Plura volutantes animo, caſumque verentes.
Sed lapſi in terram miſerandâ ſæpe ruinâ
Deſiſtunt ambo cœptis, nec munera curant.
Aſt quandoque puer tanto conamine ludum
Aggreditur, tignumque adeo premit ille lacertis,
Ut dextrâ pateram ſupremo e vertice tollat.
Omnia tunc forti manibus ſubſellia plaudunt
Victori, nomenque canunt, & laudibus ornant.
   Nil vero miranda magis ſpectacula præbet
Quam numeroſa vacans Indorum copia ludo.
Illa prius denſum ſudanti ex arbore gummi (3)
Cogit (cui virtus donavit elaſtica nomen),
Atque pilam vario magnam glomeramine format,
Quæ tenues ſuperet geminatis ſaltibus auras.
Tunc manus ingentem fingit ſinuata coronam,
Primus ubi grandem ſurſum jacit impetus orbem,
Quin ulli manibus liceat contingere jactum;
Sed potius femore, aut cubitis, humeriſque, genuque.
Inde, globus medium ſimul ac vibratur in æquor,
Tota manus crebro fervet ſuper æquora ſaltu.
Hic illum cubito pellit; femore ille repellit;
Hic caput objectat labenti deſuper orbi;
Ille genu promptus rurſum ſuper aſtra remittit,
Aut ferit alternâ volitans coxendice gummi.
Si vero quandoque pilam lata area tergo
Excipiat; cubito, aut genibus revocare cadentem

Eſt

(3) *Gummi iſtud* Ule *dictum mirâ elaſticitate præditum eſt.*

Eſt opus, inque auras æquato attollere campo.
Hic toto videas Indos tunc rure rotari,
Dum rurſum tollant ulnis, aut poplite lapſam.
Quod ſi aliquis manibus ſphæram pulſare volantem
Auſit, & incautus legem violare ſeveram,
Ille, notam paſſus, patitur diſpendia ludi. (4)

Finis libri decimi-quinti.

RU-

(4) *Hic ludus tantum apud Nayaritas, Taraumaros, aliaſque nationes ſeptentrionales in uſu eſt hodie.*

RUSTICATIONIS MEXICANÆ

APPENDIX.

Crux Tepicensis.

HActenus in medio florentes æquore campos;
Mulciberisque iras; undasque è collibus actas;
Atque imbuta dedi vario velamina fuco;
Liminaque alta Fibri; clivoque avulsa metalla.
Cogere mella dein; pecudumque agnoscere mores;
Et fontes juxtà, volucresque, ferasque secutus,
Festivis animi curas compescere ludis
Edocui. His autem, mutatâ mente, remotis,
Nunc tibi sacra cano mundi monumenta redempti,
Quæ nostris natura sagax excudit in agris.
Ne tamen ulla meam turpet contagio mentem,
Aut violare queat cantus sacrata profanus,
Protinus Aoniæ gressus removete sorores;
Castaliasque undas, citharamque, & carmina vates
Delphicus amoveat præstare silentia jussus.
Tu sola Omnipotens summi Sapientia Patris,
Provida quæ toto terrarum ludis in orbe
Cuncta regens uno mundi confinia nutu,
Dextra fave, dum plectra manu percussa trementi
Cer-

Certa tui celebrant clari monimenta triumphi.
Immenſas America potens diffuſa per oras,
Quà late gelidam terras extendit in Arcton
Pluribus alta jugis, aut campo acclivis aperto,
Eduxit geminos gremio connixa tumenti
Verticis aerii montes, qui nubila collo
Exſuperant, altoque ferunt faſtigia cœlo.
Hos inter vallis multum porrecta profundo
Æquore plana jacet, rigidis nunc horrida brumis,
Nunc herbis frondoſa novis, Calthiſque renatis,
Limina cum vernum pandit cœleſtia ſignum:
Hanc rigat illimis lapſu per ſaxa ſonoro
Amnis humum, mediamque citis interſecat undis.
Sed campo, & fluvio, & clivis dominatur in altis
Valle ſitus mediâ *Tepicus*, nomen adeptus
Egregium, quod fama volans exſtollit in aſtra.
Non tectis floret ſublimi mole ſuperbis,
Marmore nec Pario ſubſectas arte columnas
Enumerat, nec templa manu fabricata vetuſtâ,
Aut auro, aut rùtilis circùm lucentia gemmis:
Tecta tamen populus cultu laudanda modeſto,
Templaque perpetuis votis ornata frequentat.
Aſt gemmas, aurumque fugax, faſtumque domorum
Prodigio natura novo generoſa rependit.
Propter enim, pagi virides felicis ad oras,
Gramen ubi campo ridens pubeſcit aperto,
Terra ſolum ſupra reliquum ſe tollere viſa
Semi excelſa pedem, pratoque elata patenti
Extendi longo duodenas circiter ulnas

Ceſ-

Ceſpite ; quem pluſquam terno ſolertia novit
Pollice latum, altâque ſimul tranſverſa reſectum
Glebâ, quæ trunco lethalia brachia fingit,
Expromitque crucem, divini pignus amoris.
Ceu quondam celſo ſublata cacumine montis
Arbore læta viret, lucoque obſcura nigranti
Tot tibi denſa cruces offert, quot robora, ſylva. (1)
Ridenti contecta viret crux gramine campi,
Arida quin unquam langueſcat frigore brumæ,
Aut ſaltem rigidis expalleat uſta pruinis:
Quin potius glacie pagi languentibus agris,
Sola toros proprio lætos alit uſque virore.
Si vero largis frondeſcant imbribus arva,
Luxurieque novâ progignant florida gemmas,
Dicet herba crucis macie tabeſcere fertur
Infeſtâ, triſtique diu pallore teneri,
Cætera dum rurſus deformet jugera tabes.
Ut ſolet umbroſas hiberno tempore frendes
Pandere læta ſalix, folioqne induta comanti
Brachia per vacuum faſtoſa extendere cœlum;
Cumque agri denſo vernantes gramine rident,
Lurida combuſtis tabeſcere tota capillis : (2)
Haud aliter denſata comis crucis herba præuſtis
Viſa

---

(1) *Montem iſtum vidi egomet arboribus denſum, quorum vel minimi rami in crucis formam conficti ſunt.*

(2) *In regno Guatimalenſi notum eſt, ſalices hiberno tempore frondeſcere; æſtivo autem (quo pluviæ ingruunt) maciem confici.*

Visa virescenti reliquo marcescere campo,
Et florere iterum camporum fronde peresa.
Nec minus insuetum certe mirabere monstrum,
Quo, clavis veluti stipes transfixus acutis,
Ternas usque, loco clavorum, emittit avenas,
Gramine majores reliquo; juxtàque virentes.
Quin etiam perfossa latus crux mira foramen
Ostentat, plagæque locum (quà corda reclusit
Lancea dira) rubro rorantis flumine signat.
Inde olim vitreum fama est manasse liquorem,
Arida quo febris, virusque, & lurida tabes,
Grassantesque lues; & quovis languida morbo
Corpora præsentem crebrò traxere medelam,
Ultricesque Deas properantes fata fugarunt.
Ast ægri quondam manibus correpta salubris
Unda luem fertur pepulisse, ægrumque catenis
Exemisse quidem; sed secum condita terræ
Contumulasse sinu, populo lugente, salutem.
His excita diu celebris vicinia pagi
Religiosa crucem, collatis undique nummis,
Præcinxit muro semotam rure profano,
Atque frequens votis, multaque observat acerra. (3)
En tibi, primævo florens ardore juventus,
Cui cœlo natura dedit gaudere benigno,
Atque aures mulcere avibus, pictisque tueri
Libratas pennis cœli per inania turbas,

Cui-

---

(3) *Qui hujusmodi crucis descriptioni non acquieverit, historiam adeat ab Illustrissimo Texada Episcopo Guadalaxarensi in lucem editam.*

:uique herboſus ager late viridantia præbet
ramina odorifero ſemper fulgentia flore;
n tibi, queis tetras, violenti ad littora Reni,
allere conabar curas, atque otia, cantus.
)iſce tuas magni felices pendere terras,
iivitiaſque agri, præſtantia munera cœli,
xplorare animo, ac longum indagare tuendo.
lter inauratos Phœbeo lumine campos
ıcautis oculis, brutorum more, ſequatur,
mniaque ignavus conſumat tempora ludis.
u tamen interea, magnum cui mentis acumen,
ntiquos exuta, novos nunc indue ſenſus,
t reſerare ſagax naturæ arcana profeſſa
ıgenii totas veſtigans exere vires,
heſauroſque tuos grato reclude labore.

F I N I S.

Vidit D. Carolus Maria Gambarini Cleric. Regul. S. Pauli, & in Ecclesia Metropolit. Bononiæ Pœnitentiarius pro Eminentiss., ac Reverendiss. D. D. Andr. Card. Joannetto Ordin. S. Benedicti Congregationis Camaldul. Archiepiscopo Bononiæ, & S. R. I. Principe.

Die 28. Junii 1782.

Imprimatur.

F. Aloysius Maria Ceruti Vic. Gen. S. Officii Bononiæ.